


NAZIONALE
8
15 — I
35
VITT. EMANUELE
ROMA

# PASTORALE,

## AD VSVM ROMANVM ACCOMMODATVM,

CANONES ET RITVS ECCLESIASTICOS, qui ad Sacramentorum administrationem aliaque Pastoralia officia ritè obeunda pertinent, complectens:

IOANNIS HAVCHINI *fel. rec. Archiepiscopi Mechliniensis iussu olim editum. Nunc verò Reuerendissimi & Illustrissimi* MATTHIAE HOVII, *eiusdem Prouinciæ Archiepiscopi auctoritate, multis locis auctum & recognitum.*

Ex Segn... Illmi.







ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. DC. VII.

# IOANNES HAVCHINVS,
# DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA ARCHI-
## EPISCOPVS MECHLINIENSIS, &c.

*Vniuersis huius Pastoralis vsum amplecti volentibus, & præsertim suæ Diœcesis Parochis, pacem & salutem in Domino sempiternam.*



VOD de gratiæ ac precum ſpiritu, ſuper domum Dauid, & habitatores Ieruſalem effundendo, Zacharias Propheta, ad noui Teſtamẽti myſteria reſpiciens, *Zach.1* vaticinatus eſt; non de priuatis tantummodo vniuſcuiuſque poſtulationibus, aut illis inenarrabilibus gemitibus eſt dictum, quibus pro vnoquoque noſtrûm Spiritum ſanctum poſtulare aſſerit Apoſtolus: ſed vel *Rom.8.* maximè ad eas ingemiſcẽtis Columbæ preces, benedictiones & obſecrationes pertinet, quas in diuinis Sacramentis Myſtæ ac Sacerdotes noſtri, inde ab exordio Eccleſiæ naſcentis, adhibere conſueuerunt: &

 quarum

quarum celebris apud Patres dignitas atque auctoritas ſemper fuit; vt Carthaginienſis
Epiſt.9. cap.11. Cōcilij ad Innocentium Papam, apud Auguſtinum, & ad Galliæ Epiſcopos Cæleſtini Pontificis epiſtolæ comprobant. Quia porrò pacis ac vnitatis ſpiritus ille eſt, quo afflante Sacerdotales preces in myſteriis perficiuntur; & qui ex gentium diſperſione, cultuúmque diuerſitate, ad vnius moris domicilium vocati ſumus, in vnam quoque religionem & fidem coaleſcere iubemur: ideò nobis danda opera fuit, vt quemadmodum de diuinis Sacramentis idem ſapimus omnes; ita quoque vnum ſit omnium labium, vna eadémque benedicendi & precandi norma; vt vno ore animóque conformes (quod monet Apoſtolus, commendat
Rom.15. Lib.4. epiſt.4. Dan.3. B. Cyprianus, & ſuo exemplo confirmant apud Danielem tres pueri) Dei Sacerdotes tremenda in Sacramentis myſteria diſpenſent.
Can.23 & 38.c. quando Presbyteri. Sic enim quartæ Synodi Patres olim ſanxerunt, Presbyteros illos qui Parochiis præficiuntur, Officialem librum à Sacerdote accipere debere, vt ad Eccleſias ſibi deputatas accedant inſtructi; ne in Sacramen-

tis

tis per ignorantiam Christum offendant. Huc ergo & nostra in huius Pastoralis libri editione cura respexit, quem à Louaniens. sacræ Theologiæ Professoribus, ex multarum Diœcesium Officialibus libris, magno ac maturo iudicio collectum, ac aliorum præterea præstantium virorum calculo probatum, idcirco in lucem emittimus, vt, sublatis per vniuersam nostram Mechliniensem Diœcesin omnibus siue excusis siue manuscriptis Manualibus, in Sacramentorum, Exorcismorum, aliorumq́ue Pastoralium officiorum administratione, hanc solam benedicendi precandiq́ue in posterum normam, rationemq́ue sequamini. Id quod dictæ nostræ Diœcesis Parochis seriò iniungimus; ac vt, ad vniformem rituum Ecclesiasticorum, iuxta Canonum decreta, obseruationem, idem quoque alij, in nostra Prouincia constituti, faciant, in Domino hortamur. Oramus autem Deum optimum maximum, vt qui in partem vos nostræ solicitudinis vocauit, secundùm diuitias gloriæ suæ, det vobis virtutem corroborari per Spiritum eius in interiore homine; vt vna- c. de his dist. 12.

nimes, id ipſum ſentientes, collaboretis nobiſcum in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Qui vos in Eccleſiæ ſuæ miniſterium conſeruare dignetur.

Mechlinia, Kalendis Decembribus, Anno cIↄ. Iↄ. LXXXVIII.




CALEN-

# CALENDARIVM.

## IANVARIVS.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| * | A | Kal. | 1 | Circumcisio Domini. duplex. |
| xxix | b | iiij | 2 | Octaua S. Stephani. duplex. cum commemoratione Octauarum. |
| xxviij | c | iij | 3 | Octaua S. Ioannis. duplex. cum commemoratione Octauæ SS. Innocentium. |
| xxvij | d | Prid. | 4 | Octaua SS. Innocentium. duplex. |
| xxvj | e | Non. | 5 | Vigilia Epiphaniæ. cum commemor. S. Telesphori Papæ & martyris. |
| 25. xxv | f | viij | 6 | Epiphania Domini. duplex. |
| xxiiij | g | vij | 7 | De Octaua Epiphaniæ. |
| xxiij | A | vj | 8 | De Octaua. |
| xxij | b | v | 9 | De Octaua. |
| xxj | c | iiij | 10 | De Octaua. |
| xx | d | iij | 11 | De Octaua. & commemoratio S. Hygini Papæ & martyris. |
| xix | e | Prid. | 12 | De Octaua. |
| xviij | f | Idib. | 13 | Octaua Epiphaniæ. duplex. |
| xvij | g | xix | 14 | Hilarij Episcopi & confessoris. semidupl. cum commemor. S. Felicis Presbyt. & martyris. |
| xvj | A | xviij | 15 | Pauli primi Eremitæ. semiduplex. cum commemor. S. Mauri Abbatis. |
| xv | b | xvij | 16 | Marcelli Papæ & martyris. semiduplex. |
| xiiij | c | xvj | 17 | Antonij Abbatis. duplex. |
| xiij | d | xv | 18 | Cathedra S. Petri Romæ. duplex. & commemoratio S. Priscæ virginis & martyris. |
| xij | e | xiiij | 19 | Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachũ martt. |
| xj | f | xiij | 20 | Fabiani & Sebastiani martyrum. duplex. |
| x | g | xij | 21 | Agnetis virginis & martyris. duplex. |
| ix | A | xj | 22 | Vincentij & Anastasij martt. semiduplex. |
| viij | b | x | 23 | Emerentianæ virginis & martyris. |
| vij | c | ix | 24 | Timothei Episcopi & martyris. semiduplex |
| vj | d | viij | 25 | Conuersio S. Pauli Apostoli. duplex. |
| v | e | vij | 26 | Polycarpi Episcopi & martyris. semiduplex. |
| iiij | f | vj | 27 | Ioannis Chrysostomi Episc. & confess. dupl. |
| iij | g | v | 28 | Agnetis secundò. |
| ij | A | iiij | 29 | |
| j | b | iij | 30 | |
| * | c | Prid. | 31 | |

# F E B R V A R I V S.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | d | Kal. | 1 | Ignatij Episcopi & martyris. semiduplex. |
| xxviij | e | iiij | 2 | Purificatio beatæ Mariæ virginis. **duplex.** |
| xxvij | f | iij | 3 | Blasij Episcopi & martyris. |
| 25. xxvj | g | Prid. | 4 | |
| xxv. xxiiij | A | Non. | 5 | Agathæ virginis & martyris. semiduplex. |
| xxiij | b | viij | 6 | Dorotheæ virginis & martyris. |
| xxij | c | vij | 7 | Romualdi Abbatis. semiduplex. |
| xxj | d | vj | 8 | |
| xx | e | v | 9 | Apolloniæ virginis & martyris. |
| xix | f | iiij | 10 | |
| xviij | g | iij | 11 | |
| xvij | A | Prid. | 12 | |
| xvj | b | Idib. | 13 | |
| xv | c | xvj | 14 | Valentini Presbyteri & martyris. |
| xiiij | d | xv | 15 | Faustini & Iouitæ martyrum. |
| xiij | e | xiiij | 16 | |
| xij | f | xiij | 17 | |
| xj | g | xij | 18 | Symeonis Episcopi & martyris. |
| x | A | xj | 19 | |
| ix | b | x | 20 | |
| viij | c | ix | 21 | |
| vij | d | viij | 22 | Cathedra S. Petri Antiochiæ. **duplex.** |
| vj | e | vij | 23 | **Vigilia.** |
| v | f | vj | 24 | Matthiæ Apostoli. **duplex.** |
| iiij | g | v | 25 | |
| iij | A | iiij | 26 | |
| ij | b | iij | 27 | |
| j | c | Prid. | 28 | |

In anno Bissextili Februarius est dierum **29.** & festum S. Matthiæ celebratur **25.** Februarij, & bis dicitur, sexto Kalendas, id est, die **24.** & die **25.** & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: Vt si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ est **g,** &c.

# MARTIVS.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| * | d | Kal. | 1 | |
| xxix | e | vj | 2 | |
| xxviij | f | v | 3 | |
| xxvij | g | iiij | 4 | Lucij Papæ & martyris. |
| xxvj | A | iij | 5 | |
| 25. xxv | b | Prid. | 6 | |
| xxiiij | c | Non. | 7 | Thomæ de Aquino Confess. duplex. & commemor. SS. Perpetuæ & Felicitatis martt. |
| xxiij | d | viij | 8 | |
| xxij | e | vij | 9 | Quadraginta Martyrum. semiduplex. |
| xxj | f | vj | 10 | |
| xx | g | v | 11 | |
| xix | A | iiij | 12 | Gregorij Papæ & confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. duplex. |
| xviij | b | iij | 13 | |
| xvij | c | Prid. | 14 | |
| xvj | d | Idib. | 15 | |
| xv | e | xvij | 16 | |
| xiiij | f | xvj | 17 | |
| xiij | g | xv | 18 | |
| xij | A | xiiij | 19 | Ioseph Confessoris. duplex. |
| xj | b | xiij | 20 | |
| x | c | xij | 21 | Benedicti Abbatis. duplex. |
| ix | d | xj | 22 | |
| viij | e | x | 23 | |
| vij | f | ix | 24 | |
| vj | g | viij | 25 | Annuntiatio beatæ Mariæ virginis. duplex. |
| v | A | vij | 26 | |
| iiij | b | vj | 27 | |
| iij | c | v | 28 | |
| ij | d | iiij | 29 | |
| j | e | iij | 30 | |
| * | f | Prid. | 31 | |

# APRILIS.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | g | Kal. | 1 | |
| xxviij | A | iiij | 2 | Francisci de Paula Confess. semiduplex. |
| xxvij | b | iij | 3 | |
| 25. xxvj | c | Prid. | 4 | |
| xxv. xxiiij | d | Non. | 5 | |
| xxiij | e | viij | 6 | |
| xxij | f | vij | 7 | |
| xxj | g | vj | 8 | |
| xx | A | v | 9 | |
| xix | b | iiij | 10 | |
| xviij | c | iij | 11 | Leonis Papæ & confessoris. duplex. |
| xvij | d | Prid. | 12 | |
| xvj | e | Idib. | 13 | |
| xv | f | xviij | 14 | Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyrum. |
| xiiij | g | xvij | 15 | |
| xiij | A | xvj | 16 | |
| xij | b | xv | 17 | Aniceti Papæ & martyris. |
| xj | c | xiiij | 18 | |
| x | d | xiij | 19 | |
| ix | e | xij | 20 | |
| viij | f | xj | 21 | |
| vij | g | x | 22 | Soteris & Caij Pontificum & martyrum. semiduplex. |
| vj | A | ix | 23 | Georgij martyris. semiduplex. |
| v | b | viij | 24 | |
| iiij | c | vij | 25 | Marci Euangelistæ. duplex. |
| iij | d | vj | 26 | Cleti & Marcellini Pontificum & martyrum. semiduplex. |
| ij | e | v | 27 | |
| j | f | iiij | 28 | Vitalis martyris. |
| * | g | iij | 29 | Petri martyris. semiduplex. & commemoratio S. Catharinæ Senensis virginis. |
| xxix | A | Prid. | 30 | |

# MAIVS.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxviij | b | Kal. | 1 | Philippi & Iacobi Apostolorum. duplex. |
| xxvij | c | vj | 2 | Athanasij Episcopi & confessoris. duplex. |
| xxvj | d | v | 3 | Inuentio sanctæ Crucis. duplex. & commemoratio SS. Alexandri, Euentij & Theoduli martyrum, ac Iuuenalis Episc. & confess. in Laudibus tantùm. |
| 25. xxv | e | iiij | 4 | Monicæ viduæ. |
| xxiiij | f | iij | 5 | |
| xxiij | g | Prid. | 6 | Ioannis ante portam Latinam. duplex. |
| xxij | A | Non. | 7 | Stanislai Episcopi & martyris. semiduplex. |
| xxj | b | viij | 8 | Apparitio S. Michaelis Archangeli. duplex. |
| xx | c | vij | 9 | Gregorij Nazianzeni Episcopi & confessoris. duplex. |
| xix | d | vj | 10 | Gordiani & Epimachi martyrum. |
| xviij | e | v | 11 | |
| xvij | f | iiij | 12 | Nerei, Achillei, & Domitillæ virginis, atque Pancratij martyrum. semiduplex. |
| xvj | g | iij | 13 | |
| xv | A | Prid. | 14 | Bonifacij martyris. |
| xiiij | b | Idib. | 15 | |
| xiij | c | xvij | 16 | |
| xij | d | xvj | 17 | |
| xj | e | xv | 18 | |
| x | f | xiiij | 19 | Pudentianæ virginis. |
| ix | g | xiij | 20 | |
| viij | A | xij | 21 | |
| vij | b | xj | 22 | |
| vj | c | x | 23 | |
| v | d | ix | 24 | |
| iiij | e | viij | 25 | Vrbani Papæ & martyris. |
| iij | f | vij | 26 | Eleutherij Papæ & martyris. |
| ij | g | vj | 27 | Ioannis Papæ & martyris. |
| j | A | v | 28 | |
| * | b | iiij | 29 | |
| xxix | c | iij | 30 | Felicis Papæ & martyris. |
| xxviij | d | Prid. | 31 | Petronillæ virginis. |

# I V N I V S.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxvij | c | Kal. | 1 | |
| 25. xxvj | f | iiij | 2 | Marcellini, Petri, atque Erasmi martyrum. |
| xxv. xxiiij | g | iij | 3 | |
| xxiij | A | Prid. | 4 | |
| xxij | b | Non. | 5 | |
| xxj | c | viij | 6 | |
| xx | d | vij | 7 | |
| xix | e | vj | 8 | |
| xviij | f | v | 9 | Primi & Feliciani martyrum. |
| xvij | g | iiij | 10 | |
| xvj | A | iij | 11 | Barnabæ Apostoli. duplex. |
| xv | b | Prid. | 12 | Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. |
| xiiij | c | Idib. | 13 | Antonij de Padua confessoris. semiduplex. |
| xiij | d | xviij | 14 | Basilij Magni, Episcopi & confessoris. duplex. |
| xij | e | xvij | 15 | Viti, Modesti, atque Crescentiæ martyrum. |
| xj | f | xvj | 16 | |
| x | g | xv | 17 | |
| ix | A | xiiij | 18 | Marci & Marcelliani martyrum. |
| viij | b | xiij | 19 | Geruasij & Protasij martyrum. |
| vij | c | xij | 20 | Siluerij Papæ & martyris. |
| vj | d | xj | 21 | |
| v | e | x | 22 | Paulini Episcopi & confess. |
| iiij | f | ix | 23 | Vigilia. |
| iij | g | viij | 24 | Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. duplex. |
| ij | A | vij | 25 | De Octaua Natiuitatis sancti Ioánis Baptistæ. |
| j | b | vj | 26 | Ioannis & Pauli martyrum. semiduplex. cum commemoratione Octauæ Natiuitatis sancti Ioannis. |
| * | c | v | 27 | De Octaua Natiuitatis S. Ioannis. |
| xxix | d | iiij | 28 | Leonis Papæ & confess. semiduplex. & commemor. Octauæ, & Vigiliæ. |
| xxviij | e | iij | 29 | Petri & Pauli Apostolorum. duplex. |
| xxvij | f | Prid. | 30 | Commemoratio S. Pauli Apostoli. duplex. & commemoratio Octauæ Natiuitatis sancti Ioannis. |

# I V L I V S.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxvj | g | Kal. | 1 | Octaua S. Ioannis Baptistæ. duplex. & commemoratio Octauæ Apostolorum. |
| 25.xxv | A | vj | 2 | Visitatio B. Mariæ. duplex. cum commemor. Octauæ Apostolorum, & SS. Processi & Martiniani martyrum. |
| xxiiij | b | v | 3 | De Octaua Apostolorum. |
| xxiij | c | iiij | 4 | De Octaua |
| xxij | d | iij | 5 | De Octaua. |
| xxj | e | Prid. | 6 | Octaua Apost. Petri & Pauli. duplex. |
| xx | f | Non. | 7 | |
| xix | g | viij | 8 | |
| xviij | A | vij | 9 | |
| xvij | b | vj | 10 | Septem fratrum martt. & SS. Rufinæ ac Secundæ martyrum. semiduplex. |
| xvj | c | v | 11 | Pij Papæ & martyris. |
| xv | d | iiij | 12 | Naboris & Felicis martyrum. & commemoratio S. Ioannis Gualberti Abbatis. |
| xiiij | e | iij | 13 | Anacleti Papæ & martyris. semiduplex. |
| xiij | f | Prid. | 14 | Bonauenturæ Episcopi & confess. duplex. |
| xij | g | Idib. | 15 | |
| xj | A | xvij | 16 | |
| x | b | xvj | 17 | Alexij Confessoris. |
| ix | c | xv | 18 | Symphorosæ cum septem filiis martyribus. |
| viij | d | xiiij | 19 | |
| vij | e | xiij | 20 | Margaritæ virginis & martyris. |
| vj | f | xij | 21 | Praxedis virginis. |
| v | g | xj | 22 | Mariæ Magdalenæ. duplex. |
| iiij | A | x | 23 | Apollinaris Episcopi & mart. semiduplex. |
| iij | b | ix | 24 | Vigilia. & commemoratio S. Christinæ virginis & martyris. |
| ij | c | viij | 25 | Iacobi Apostoli. duplex. & commemoratio S. Christophori mart. in Laudibus tantùm. |
| j | d | vij | 26 | Annæ matris B. Mariæ. duplex. |
| * | e | vj | 27 | Pantaleonis martyris. |
| xxix | f | v | 28 | Nazarij, Celsi, & Victoris Papæ martyris, & Innocentij Papæ & confessoris. semiduplex. |
| xxviij | g | iiij | 29 | Marthæ virg. semiduplex. & cõmem. SS. Felicis Papę, Simplicij, Faustini, & Beatricis martt. |
| xxvij | A | iij | 30 | Abdon & Sennen martyrum. |
| 25.xxvj | b | Prid. | 31 | |

** 3

# A V G V S T V S.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis | |
|---|---|---|---|---|
| xxv.xxiiij | c | Kal. | 1 | Petri ad Vincula. duplex. & commemoratio SS. Machabæorum martyrum. |
| xxiij | d | iiij | 2 | Stephani Papæ martyris. |
| xxij | e | iij | 3 | Inuentio S. Stephani protomart. semiduplex. |
| xxj | f | Prid. | 4 | Dominici Confessoris. duplex. |
| xx | g | Non. | 5 | Dedicatio S. Mariæ ad Niues. duplex. |
| xix | A | viij | 6 | Transfiguratio Domini. dupl. & commem. SS. Xysti Papæ, Felicissimi & Agapiti martt. |
| xviij | b | vij | 7 | Donati Episcopi & martyris. |
| xvij | c | vj | 8 | Cyriaci, Largi & Smaragdi martt. semidupl. |
| xvj | d | v | 9 | Vigilia. & commem. S. Romani martyris. |
| xv | e | iiij | 10 | Laurentij martyris. duplex. |
| xiiij | f | iij | 11 | De Octaua S. Laurentij. cum commemor. SS. Tiburtij & Susannæ martyrum. |
| xiij | g | Prid. | 12 | De Octaua. & commem. S. Claræ virginis. |
| xij | A | Idib. | 13 | De Octaua. & commemor. SS. Hippolyti & Cassiani martyrum. |
| xj | b | xix | 14 | De Oct. cum cõm. Vigiliæ, & S. Eusebij Conf. |
| x | c | xviij | 15 | Assumptio B. Mariæ virginis. duplex. |
| ix | d | xvij | 16 | De Octaua Assumptionis B. Mariæ, cum commemoratione Octauæ S. Laurentij. |
| viij | e | xvj | 17 | Oct. S. Laur. dupl. & commem. Oct. Assumpt. |
| vij | f | xv | 18 | De Oct. & commem. S. Agapiti mart. |
| vj | g | xiiij | 19 | De Octaua. |
| v | A | xiij | 20 | Bernardi Abbat. dupl. cũ cõm. Oct. Assumpt. |
| iiij | b | xij | 21 | De Octaua. |
| iij | c | xj | 22 | Oct. Assumpt. B. Mariæ. dupl. cũ cõm. SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani martt. |
| ij | d | x | 23 | Vigilia. |
| j | e | ix | 24 | *Bartholomæi Apostoli.* duplex. Romæ celebratur die 25. |
| * | f | viij | 25 | Ludouici Regis Franciæ confess. |
| xxix | g | vij | 26 | Zephyrini Papæ & martyris. |
| xxviij | A | vj | 27 | |
| xxvij | b | v | 28 | Augustini Episcopi confess. & Eccl. Doctoris. duplex. & commem. S. Hermetis mart. |
| xxvj | c | iiij | 29 | Decollatio S. Ioannis Baptistæ. duplex. & commem. S. Sabinæ mart. |
| 25.xxv | d | iij | 30 | Felicis & Adaucti martyrum. |
| xxiiij | e | Prid. | 31 | |

# SEPTEMBER.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxiij | f | Kal. | 1 | Ægidij Abbatis. & commemoratio SS. duodecim Fratrum martyrum. |
| xxij | g | iiij | 2 | |
| xxj | A | iij | 3 | |
| xx | b | Prid. | 4 | |
| xix | c | Non. | 5 | |
| xviij | d | viij | 6 | |
| xvij | e | vij | 7 | |
| xvj | f | vj | 8 | Natiuitas B. Mariæ virginis. duplex. & commem. S. Adriani mart. in Laudibus tãtum. |
| xv | g | v | 9 | De Oct. S. Mariæ. & cõm. S. Gorgonij mart. |
| xiiij | A | iiij | 10 | Nicolai de Tolentino Confess. semidup. cum commemor. Octauæ Natiuit. B. Mariæ. |
| xiij | b | iij | 11 | De Octaua. & commemor. SS. Proti & Hyacinthi martyrum. |
| xij | c | Prid. | 12 | De Octaua. |
| xj | d | Idib. | 13 | De Octaua. |
| x | e | xviij | 14 | Exaltatio sanctæ Crucis. duplex. cum commemor. Octauæ Natiuitatis B. Mariæ. |
| ix | f | xvij | 15 | Octaua Natiuitatis B. Mariæ. duplex. cum commemoratione S. Nicomedis martyris. |
| viij | g | xvj | 16 | Cornelij & Cypriani Pontif. & mart. semiduplex. cum commemoratione SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani martt. |
| vij | A | xv | 17 | |
| vj | b | xiiij | 18 | |
| v | c | xiij | 19 | Ianuarij Episcopi, & sociorum martt. semid. |
| iiij | d | xij | 20 | Vigilia. & cõmem. SS. Eustachij, & soc. martt. |
| iij | e | xj | 21 | Matthæi Apostoli & Euangelistæ. duplex. |
| ij | f | x | 22 | Mauritij & sociorum martyrum. |
| j | g | ix | 23 | Lini Papæ & mart. semidupl. cum commemor. S. Theclæ virginis & martyris. |
| * | A | viij | 24 | |
| xxix | b | vij | 25 | |
| xxviij | c | vj | 26 | Cypriani & Iustinæ martyrum. |
| xxvij | d | v | 27 | Cosmæ & Damiani martt. semiduplex. |
| 25. xxvj | e | iiij | 28 | |
| xxv. xxiiij | f | iij | 29 | Dedicatio S. Michaelis Archang. duplex. |
| xxiij | g | Prid. | 30 | Hieronymi Presbyteri confess. & Ecclesiæ Doctoris. duplex. |

# O C T O B E R.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | Dies Mensis. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigij Epiſcopi & confeſſoris. |
| xxj | b | vj | 2 | |
| xx | c | v | 3 | |
| xix | d | iiij | 4 | Franciſci Confeſſoris. duplex. |
| xviij | e | iij | 5 | Placidi & ſociorum martyrum. |
| xvij | f | Prid. | 6 | |
| xvj | g | Non. | 7 | Marci Papæ & confeſſoris. cum commemoratione SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyrum. |
| xv | A | viij | 8 | |
| xiiij | b | vij | 9 | Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij martyrum. ſemiduplex. |
| xiij | c | vj | 10 | |
| xij | d | v | 11 | |
| xj | e | iiij | 12 | |
| x | f | iij | 13 | |
| ix | g | Prid. | 14 | Calliſti Papæ & martyris. ſemiduplex. |
| viij | A | Idib. | 15 | |
| vij | b | xvij | 16 | |
| vj | c | xvj | 17 | |
| v | d | xv | 18 | Lucæ Euangeliſtæ. duplex. |
| iiij | e | xiiij | 19 | |
| iij | f | xiij | 20 | |
| ij | g | xij | 21 | Hilarionis Abbatis. & commem. SS. Vrſulæ & ſociarum virginum & martyrum. |
| j | A | xj | 22 | |
| * | b | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | Chryſanthi & Dariæ martyrum. |
| xxvij | e | vij | 26 | Euariſti Papæ & martyris. |
| xxvj | f | vj | 27 | Vigilia. |
| 25. xxv | g | v | 28 | Simonis & Iudæ Apoſtolorum. duplex. |
| xxiiij | A | iiij | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | |
| xxij | c | Prid. | 31 | Vigilia. |

# NOVEMBER.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxj | d | Kal. | 1 | Festum omnium Sanctorum duplex. |
| xx | e | iiij | 2 | Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. duplex. & de Octaua omnium Sanctorum. |
| xix | f | iij | 3 | De Octaua. |
| xviij | g | Prid. | 4 | De Octaua. cum commemor. SS. Vitalis & Agricolæ martyrum. |
| xvij | A | Non. | 5 | De Octaua. |
| xvj | b | viij | 6 | De Octaua. |
| xv | c | vij | 7 | De Octaua. |
| xiiij | d | vj | 8 | Octaua omnium Sáctorum. duplex. & commem. SS. quatuor Coronatorum martt. |
| xiij | e | v | 9 | Dedicatio Basilicę Saluatoris. duplex. & commemor. S. Theodori mart. |
| xij | f | iiij | 10 | Tryphonis, Respicij, & Nymphæ martt. |
| xj | g | iij | 11 | Martini Episcopi & confessoris. duplex. commemoratio S. Mennæ mart. |
| x | A | Prid. | 12 | Martini Papæ & martyris. semiduplex. |
| ix | b | Idib. | 13 | |
| viij | c | xviij | 14 | |
| vij | d | xvij | 15 | |
| vj | e | xvj | 16 | |
| v | f | xv | 17 | Gregorij Thaumaturgi Episcopi & confessoris. semiduplex. |
| iiij | g | xiiij | 18 | Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli. duplex. |
| iij | A | xiij | 19 | Pontiani Papæ & martyris. |
| ij | b | xij | 20 | |
| j | c | xj | 21 | Præsentatio B. Mariæ Virginis. duplex. |
| * | d | x | 22 | Cæciliæ virginis & mart. semiduplex. |
| xxix | e | ix | 23 | Clemētis Papæ & martyris. semiduplex. cum commemoratione S. Felicitatis mart. |
| xxviij | f | viij | 24 | Chrysogoni martyris. |
| xxvij | g | vij | 25 | Catharinæ virginis & martyris. duplex. |
| 25. xxvj | A | vj | 26 | Petri Alexandrini Episcopi & martyris. |
| xxv. xxiiij | b | v | 27 | |
| xxiij | c | iiij | 28 | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia. & commemoratio S. Saturnini mart. |
| xxj | e | Prid. | 30 | Andreæ Apostoli. duplex. |

# DECEMBER.

| Cyclus Epact. | Literæ Dom. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kal. | 1 | |
| xix | g | iiij | 2 | Bibianæ virginis & martyris. commem. |
| xviij | A | iij. | 3 | |
| xvij | b | Prid. | 4 | Barbaræ virginis & mart. commem. |
| xvj | c | Non. | 5 | Sabbæ Abbatis. commemoratio. |
| xv | d | viij | 6 | Nicolai Episcopi & confess. semiduplex. |
| xiiij | e | vij | 7 | Ambrosij Episcopi & confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. duplex. |
| xiij | f | vj | 8 | Conceptio B. Mariæ virginis. duplex. |
| xij | g | v | 9 | |
| xj | A | iiij | 10 | Melchiadis Papæ & martyris. commem. |
| x | b | iij | 11 | Damasi Papæ & confessoris. semiduplex. |
| ix | c | Prid. | 12 | |
| viij | d | Idib. | 13 | Luciæ virginis & martyris. duplex. |
| vij | e | xix | 14 | |
| vj | f | xviij | 15 | Eusebij Vercellensis Episcopi & mart. comm. |
| v | g | xvij | 16 | |
| iiij | A | xvj | 17 | |
| iij | b | xv | 18 | |
| ij | c | xiiij | 19 | |
| j | d | xiij | 20 | Vigilia. |
| * | e | xij | 21 | Thomæ Apostoli. duplex. |
| xxix | f | xj | 22 | |
| xxviij | g | x | 23 | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia. |
| xxvj | b | viij | 25 | Natiuitas Domini nostri IESV Christi. dupl. |
| 25. xxv | c | vij | 26 | Stephani protomartyris. duplex. cum commemoratione Octauæ Natiuitatis. |
| xxiiij | d | vj | 27 | Ioannis Apostoli & Euangelistæ. duplex. cum commem. Octauarum. |
| xxiij | e | v | 28 | SS. Innocentium martyrum. duplex. cum commem. Octauarum. |
| xxij | f | iiij | 29 | Thomæ Cantuariensis Episcopi & martyris. semiduplex. cum commem. Octauarum. |
| xxj | g | iij | 30 | De Dominica infra Octauam Natiuitatis. vel de Octaua, cum commem. Octauarum. |
| I xx | A | Prid. | 31 | Siluestri Papæ & confessoris. duplex. cum commem. Octauarum. |

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum aureo numero xix.

TABV-

## TABVLA LITERARVM DOMINICALIVM ab anno 1607. vſque ad annum 1700. excluſiuè.

GF DCB AFEDC AGFECB AGEDCBGFEDB A
E G B D F A C

IN tabula ſupraſcripta literam Dominicalem ſingulis annis hoc pacto inuenies. Primam literam, quæ eſt G, tribue huic anno 1607. ſequentem, quæ eſt F, tribue anno 1608. ſicque deinceps progredere, quouſque peruenias ad numerum anni, cuius literam ſcire vis, quia litera, ſupra quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis.

Quæ ſi vnica occurrerit, annum communem eſſe intelligas: ſi duplex, biſſextilem: & tunc prior, id eſt, ſuperior vſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli deſeruiet: inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur: vt anno Domini 1608. à primo die Ianuarij vſque ad 23. Februarij incluſiuè ſeruiet litera Dominicalis F, à dicto die vſque ad finem anni illa quæ inferior, id eſt, E.

Sciendum autem, quòd finitis viginti octo annis redeundum eſt ad principium cum annis tunc currentibus.

## TABVLA AVREI NVMERI ET Epactarum ab anno 1607. vſque ad annum 1700. excluſiuè.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| **Aur. num.** | 12. | 13. | 14. | 15. | 16. | 17. | 18. | 19 | 1. | 2. |
| Epact. | ij. | xiij. | xxiiij. | v. | xvj. | xvij. | viij. | xix. | [illegible] | xij. |
| **Aur. num.** | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8. | 9. | 10. | 11. | |
| Epact. | xxiij. | iiij. | xv. | xxvj. | vij. | xviij. | xxix. | x. | xxj. | |

SImili modo vt dictum eſt de litera Dominicali, deprehendes etiam Epactæ numerum in ſupraſcripta numerorum ſerie. Nam primum numerum qui eſt ij. tribue huic anno 1607. ſequentem, qui eſt xiij. tribue anno 1608. Et ſic deinceps, donec ad annum tuum peruenias: & finitis decem & nouem annis, regredere iterùm ad principium.

# DE INDICTIONE.

INDICTIO est reuolutio 15. annorum ab 1. vſque ad 15. qua reuolutione peracta, iterùm reditur ad vnitatem, initiumque ſumit quilibet annus huius cycli à Ianuario in Bullis Pontificiis, quod etiam fiat de cyclo decennouennali Aurei numeri. Et quoniam Indictionis frequens vſus eſt in Diplomatibus, & ſcripturis publicis, facilè annum Indictionis currentem quolibet anno propoſito inueniemus ex ſequenti tabella, cuius vſus perpetuus eſt: Initium tamen ſumit ab anno correctionis 1582.

*Tabella Indictionis ab anno correctionis 1582.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Nam ſi anno 1582. tribuas primum numerum, qui eſt 10. & ſequenti anno 1583. ſecundum numerum, qui eſt 11. & ſic deinceps vſque ad annum propoſitum, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcumque eam percurreris; cadet annus propoſitus in Indictionem quæ quæritur.

# DE ANNO ET EIVS PARTIBVS.

ANnus menſes habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum:

Dies verò trecentos ſexaginta quinque, & ſex horas: tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perluſtrat.

Quater autem ſex horæ ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille intercalaris, biſſextus vel biſſextilis dicitur.

*Quando inchoatur Aduentus Domini.*

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreæ, vel ipſa die S. Andreæ, ſi in Dominica venerit.

*Quatuor tempora.*

Quatuor tempora celebrantur quarta & ſexta Feria, ac Sabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, poſt Pentecoſten, poſt feſtum exaltationis S. Crucis.

*Nuptiæ iuxta decretum Concilij Tridentini.*

A Dominica prima Aduentus vſque in diem Epiphaniæ: Et à Feria quarta cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè, ſancta Synodus ſolemnitates nuptiarum prohibet.

In aliis verò temporibus nuptias ſolemniter celebrare permittit.

*Ratio Epactarum.*

Animaduertendum quòd in Calendario vbi cadit Epacta anni currentis, ibi eſt nouilunium, & quintodecimo ab hinc die incluſiuè plenilunium.

# FESTA MOBILIA.

Dominica Septuagesimæ.
Dominica Sexagesimæ.
Dominica Quinquagesimæ.
Feria quarta, Dies Cinerum, initium Quadragesimæ, ac clausi temporis.
Dominica Quadragesimæ.
Feria quarta, Ieiunium quatuor temporum.
Dominica secunda Quadragesimæ, Reminiscere.
Dominica tertia Quadragesimæ, Oculi.
Dominica quarta Quadragesimæ, Lætare.
Dominica quinta Quadragesimæ, In passione.
Dominica sexta Quadragesimæ, Palmarum.
Feria quinta, Cœna Domini.
Feria sexta, Parasceue.
Sabbato sancto, Vigilia Paschæ.
Pascha Domini.
Feria secunda Paschæ.
Feria tertia Paschæ.
Dominica in Albis, Quasi modo. Vltimus dies clausi temporis.
Dominica secunda post Pascha, Misericordiæ.
Dominica tertia post Pascha, Iubilate.
Dominica quarta post Pascha, Cantate.
Dominica Rogationum quinta post Pascha.
Feria secunda, tertia & quarta propter Litanias abstinetur à carnibus, & vsque ad prandium ieiunatur.
Feria quinta, Ascensionis Domini.
Dominica infra octauam Ascensionis.
Sabbato, Vigilia Pentecostes. Ieiunium.
Dominica Pentecostes.
Feria secunda.
Feria tertia.
Feria quarta, Ieiunium quatuor temporum.
Dominica post Pentecosten, Festum sanctissimæ Trinitatis.
Feria quinta, Festum sanctissimi Corporis Christi.

# TABELLA TEMPORARIA

| Anni Domini | Litteræ Dñicales. | Aureus num. | Epactæ. | Septuagesima. | Dies Cinerum. | Pascha. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1607 | g | 12 | ij | 11. Feb. | 28. Febr. | 15. Apr. |
| 1608 | f e | 13 | xiij | 3. Feb. | 20. Febr. | 6. Apr. |
| 1609 | d | 14 | xxiiij | 15. Feb. | 4. Mar. | 19. Apr. |
| 1610 | c | 15 | v | 7. Feb. | 24. Febr. | 11. Apr. |
| 1611 | b | 16 | xvj | 30. Ian. | 16. Febr. | 3. Apr. |
| 1612 | A g | 17 | xxvij | 19. Feb. | 7. Mar. | 22. Apr. |
| 1613 | f | 18 | viij | 3. Feb. | 20. Febr. | 7. Apr. |
| 1614 | e | 19 | xix | 26. Ian. | 12. Febr. | 30. Martij |
| 1615 | d | 1 | j | 15. Feb. | 4. Mar. | 19. Apr. |
| 1616 | c b | 2 | xij | 31. Ian. | 17. Febr. | 3. Apr. |
| 1617 | A | 3 | xxiij | 22. Ian. | 8. Febr. | 26. Martij |
| 1618 | g | 4 | iiij | 11. Feb. | 28. Febr. | 15. Apr. |
| 1619 | f | 5 | xv | 27. Ian. | 13. Febr. | 31. Martij |
| 1620 | e d | 6 | xxvj | 16. Feb. | 4. Mar. | 19. Apr. |
| 1621 | c | 7 | vij | 7. Feb. | 24. Febr. | 11. Apr. |
| 1622 | b | 8 | xviij | 23. Ian. | 9. Febr. | 27. Martij |
| 1623 | A | 9 | xxix | 12. Feb. | 1. Mar. | 16. Apr. |
| 1624 | g f | 10 | x | 4. Feb. | 21. Febr. | 7. Apr. |
| 1625 | e | 11 | xxj | 26. Ian. | 12. Febr. | 30. Mar. |
| 1626 | d | 12 | ij | 8. Feb. | 25. Febr. | 12. Apr. |
| 1627 | c | 13 | xiij | 31. Ian. | 17. Febr. | 4. Apr. |
| 1628 | b A | 14 | xxiiij | 20. Feb. | 8. Mar. | 23. Apr. |
| 1629 | g | 15 | v | 11. Feb. | 28. Febr. | 15. Apr. |
| 1630 | f | 16 | xvj | 27. Ian. | 13. Febr. | 31. Mar. |
| 1631 | e | 17 | xxvij | 16. Feb. | 5. Mar. | 20. Apr. |
| 1632 | d c | 18 | viij | 8. Feb. | 25. Febr. | 11. Apr. |
| 1633 | b | 19 | xix | 23. Ian. | 9. Febr. | 27. Martij |
| 1634 | A | 1 | j | 12. Feb. | 1. Mar. | 16. Apr. |
| 1635 | g | 2 | xij | 4. Feb. | 21. Febr. | 8. Apr. |
| 1636 | f e | 3 | xxiij | 20. Ian. | 6. Febr. | 23. Martij |
| 1637 | d | 4 | iiij | 8. Feb. | 25. Febr. | 12. Apr. |
| 1638 | c | 5 | xv | 31. Ian. | 17. Febr. | 4. Apr. |
| 1639 | b | 6 | xxvj | 20. Febr. | 9. Mar. | 24. Apr. |
| 1640 | A g | 7 | vij | 5. Feb. | 22. Febr. | 8. Apr. |

FESTO

# FESTORVM MOBILIVM.

| Anni Domini. | Ascensio. | Pentecostes. | Corpus Christi. | Indictio. | Dominicæ post Pentec. | Dominica j. Aduentus. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1607 | 24. Maij | 3. Iun. | 14. Iunij | 5 | 25 | 2. Dec. |
| 1608 | 15. Maij | 25. Maij | 5. Iunij | 6 | 26 | 30. Nou. |
| 1609 | 28. Maij | 7. Iun. | 18. Iunij | 7 | 24 | 29. Nou. |
| 1610 | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 8 | 25 | 28. Nou. |
| 1611 | 12. Maij | 22. Maij | 2. Iunij | 9 | 26 | 27. Nou. |
| 1612 | 31. Maij | 10. Iun. | 21. Iunij | 10 | 24 | 2. Dec. |
| 1613 | 16. Maij | 26. Maij | 6. Iunij | 11 | 26 | 1. Dec. |
| 1614 | 8. Maij | 18. Maij | 29. Maij | 12 | 27 | 30. Nou. |
| 1615 | 28. Maij | 7. Iun. | 18. Iunij | 13 | 24 | 29. Nou. |
| 1616 | 12. Maij | 22. Maij | 2. Iunij | 14 | 26 | 27. Nou. |
| 1617 | 4. Maij | 14. Maij | 25. Maij | 15 | 28 | 3. Dec. |
| 1618 | 24. Maij | 3. Iun. | 14. Iunij | 1 | 25 | 2. Dec. |
| 1619 | 9. Maij | 19. Maij | 30. Maij | 2 | 27 | 1. Dec. |
| 1620 | 28. Maij | 7. Iun. | 18. Iunij | 3 | 24 | 29. Nou. |
| 1621 | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 4 | 25 | 28. Nou. |
| 1622 | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 5 | 27 | 27. Nou |
| 1623 | 25. Maij | 4. Iun. | 15. Iunij | 6 | 25 | 3. Dec |
| 1624 | 16. Maij | 26. Maij | 6. Iunij | 7 | 26 | 1. Dec. |
| 1625 | 8. Maij | 18. Maij | 29. Maij | 8 | 27 | 30. Nou. |
| 1626 | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 9 | 25 | 29. Nou. |
| 1627 | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 10 | 26 | 28. Nou. |
| 1628 | 1. Iun. | 11. Iun. | 22. Iunij | 11 | 24 | 3. Dec |
| 1629 | 24. Maij | 3. Iun. | 14. Iunij | 12 | 25 | 2. Dec |
| 1630 | 9. Maij | 19. Maij | 30. Maij | 13 | 27 | 1. Dec |
| 1631 | 29. Maij | 8. Iun. | 19. Iunij | 14 | 24 | 30. Nou |
| 1632 | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 15 | 25 | 28. Nou. |
| 1633 | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 1 | 27 | 27. Nou. |
| 1634 | 25. Maij | 4. Iun. | 15. Iunij | 2 | 25 | 3. Dec. |
| 1635 | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 3 | 26 | 2. Dec. |
| 1636. | 1. Maij | 11. Maij | 22. Maij | 4 | 28 | 30. Nou. |
| 1637 | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 5 | 25 | 29. Nou. |
| 1638 | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 6 | 26 | 28. Nou |
| 1639 | 2. Iun. | 12. Iun. | 23. Iunij | 7 | 23 | 27. Nou |
| 1640 | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 8 | 26 | 2. Dec |


INRI

# ORDO AD FACIENDAM AQVAM BENEDICTAM.

DIE DOMINICA, in Sacriſtia præparato ſale & aqua, Sacerdos celebraturus Miſſam, vel alius ad hoc deputatus, alba vel ſuperpelliceo indutus cum ſtola circa collum, primò dicit ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde abſolutè incipit exorciſmum ſalis.



Xorcizo te, creatura ſalis, per Deum ✠ viuum: per Deum ✠ verum: per Deum ✠ ſanctum: per Deum, qui te per Eliſeum prophetam in aquã mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium: & ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ & corporis: & effugiat atque diſcedat à loco in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & cor-

poris: & quicquid ex eo tactum vel resperſum fuerit, careat omni immunditia, omniq́ue impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Dominum.

Exorciſmus aquæ: & dicatur abſolutè:

EXorcizo te creatura aquę in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Ieſu Chriſti Filij eius Domini noſtri, & in virtute ſancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicũ eradicare & explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oratio.

DEus, qui ad ſalutem humani generis, maxima quæq; ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutẽ tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſq́ue pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immũditia, liberetur à noxa: nõ illic reſideat ſpiritus peſtilens, nõ aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum.

Hic mittat ſal in aquam, in modum crucis, dicendo ſemel:

COmmiſtio ſalis & aquæ pariter fiat, In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus, inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſę dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine tremētes & ſupplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias: benignus illuſtres: pietatis tuę rore ſanctifices: vt vbicunq. fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque veneno ſi ſerpentis procul pellatur: & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per Dominum.

Finita benedictione, Sacerdos celebraturus, indutus pluuiali coloris officio competentis, accedit ad altare, & ibi cum miniſtris ad gradus genuflexus, accipit à Diacono aſperſorium, & aſpergit primò ter Altare, deinde ſe, & miniſtros ſemel ſingulos, incipiens Antiph. **Aſperges me.** chorus proſequitur, **Domine,** &c. vt infrà. Interim Celebrans aſpergit clerum, deinde populum, dicens Pſal. **Miſerere.** totum cum **Gloria Patri.** Antiphona, **Aſperges me Domine, hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.** Pſalm. **Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.** ℣. **Gloria Patri**

& Filio & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Et repetitur Antiphona, Asperges me.

Supradicta Antiphona, prædicto modo dicatur in aspersione aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepto quòd in Dominica de Passione, & in Dominica Palmarum non dicitur Gloria Patri. Sed post Psalmum, Miserere. repetitur immediatè Antiphona, Asperges me Domine. Excepto etiam tempore Paschali, scilicet à Dominica Paschæ vsque ad Pentecosten, quo tempore cantatur communiter Antiphona, Vidi aquam egredientem de templo, à latere dextro, alleluia: & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, alleluia, allel. Psalm. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. Repetitur Antiphona, Vidi aquam. In octaua verò Pentecostes, resumitur Asperges me Domine.

In die sancto Paschæ & Pentecostes, vbi est fons baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonte baptismi, ante infusionem olei & chrismatis accepta.

Finitis Antiphonis, supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reuersus ad altare, ante gradus altaris stãs dicat ℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Tẽpore Paschali additur Alleluia. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

EXaudi nos Dñe sancte, Pater omnipotẽs, ęterne Deus: & mittere digneris sanctum Angelum

tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

## Canones generales administrationis Sacramentorum.

*1 Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & Matrimonij (quorum administratio ad Sacerdotem propriè pertinet) debent à propriis Parochis ministrari, & non ab aliis, nisi de Episcopi aut proprij Sacerdotis licentia, aut in casu necessitatis.* 16. q. 1. cap. Interdicimus. Et de Pœn. & remiss. ca. Omnis vtriusque, & de priuil. Clement. 1. 81. dist. ca. Maximianus.

*2 Curet sacerdos cùm Sacramentum ministrat, illud pura conscientia exequi: & accedens supplex ad altare pro temporis oportunitate dicat:* Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & me, qui etiam misericordia tua primus indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ, constituisti huius operis ministrum; da fiduciam tui muneris exequendi, atque ipse in nostro ministerio, quod tuæ pietatis est, operare. Qui viuis, &c.

*3 Sacerdos nullum Sacramentum conferat excommunicato, vel existenti in peccato mortali notorio, aut occulto, occultè petenti.*

*4 Sacerdos Sacramenta ministraturus, illorum vim & vsum (si commodè fieri possit) pro suscipientium captu, prudenter etiam lingua vernacula explicet, vt decreuit S. Synodus Tridentina.* Sess. 24. de refor. cap. 7.

# De Sacramento Baptiſmi.

## Canones adminiſtrationis Sacramenti Baptiſmi

1 *Iure ſuo datum eſt Sacerdotibus baptiZare, ſed id in aliena parochia, aut etiam in alienos parochianos non licet exequi, niſi de Parochi licentia.*

2 *Quoties infans, aut catechumenus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolennitate baptiZari à quocumque ſiue clerico ſiue laico, viro aut femina, ſeruata forma & intentione Eccleſiæ. Sed ſi adſit Sacerdos, præferatur Diacono, Diaconus Subdiacono, clericus laico, & vir feminæ: niſi pudoris gratia deceat feminã potiùs quàm virum baptiZare infantem non omnino editum: vel niſi meliùs femina ſciret formam baptizandi.*

30.q.1.c.Ad limina. 3 *Pater aut mater non debet baptizare filium, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur qui baptizet.*

### De Patrinis.

De cog. ſpir. cap. Si vir. 4 *Pater aut mater proprium filium ad Baptiſmum non teneat, tanquam Suſceptor, etiamſi immineat filio mortis periculum, quia tunc non eſt opus patrino.*

De conſec. diſt. 4. c. Vos ante omnia. 5 *Cùm patrini officium ſit ſpiritualis filij ſui curã gerere; ab eo munere arcendi ſunt manifeſti hæretici, infideles, Iudæi, nõ baptiZati, vſurarij, aut aliàs perditæ famæ homines, impuberes, & qui Dominicam orationem ac fidei Symbolum ignorant, aut denique qui pro baptizato nequeant reſpondere.*

6 *Plures*

6 *Plures patrini admitti non debent: nam in Synodo Tridentina definitum extat, vt vnus tantùm ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummũ vnus & vna babtizatum de fonte ſuſcipiant. Parochus antequam ad Baptiſmum accedat, diligẽter ſciſcitetur ab iis ad quos ſpectabit, quem vel quos elegerint patrinos, eorúmque nomina in libro deſcribat, doceátque eos quam cognationem contrahant. Quòd ſi plures duobus ſeſe tamquam patrinos ſiſtere velint; nec poßit Parochus à parente baptizandæ prolis, aut ab obſtetrice, aut alio quopiã certò cognoſcere duos illos qui libro ſint inſcribendi, & ſpiritualem cognationem contracturi; liberũ ſit Parocho ex pluribus duos, ad hoc munus maximè idoneos, deligere, & eos patrinos declarare.* De conſec. d. 4 ca. Non plures.

De Baptiſmo eorum qui de vita periclitantur.

7 *Si de vita infantis vel catechumeni timeatur, tunc Baptiſmus minùs ſolennis ita peragitur. Sacerdos ſiue alius baptizans, prætermißis aliis omnibus baptizat eum, proferens verba:* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *ter fundens parum aquæ ſuper caput baptizandi.*

8 *Dum fœtus eſt in vtero materno incluſus, non poteſt baptizari. Si verò caput emergat, & timeatur periculum mortis, baptizetur etiã non cognito ſexu: & poſtea natus non rebaptizabitur, etiam ſub conditione. Secùs tamen ſi pedẽ aut manũ emiſerit extra vterũ matris, quia tunc quidem membrũ illud baptizabitur: at* De conſec. d. 4. ca. Qui in maternis.

*propter incertitudinem ex diuerſitate ſententiarum poſt perfectam natiuitatē eſt baptizandus ſub conditione. Si mater mortua fuerit, extrahatur fœtus & baptizetur.*

9 *Cùm infans vel adultus ob mortis periculum fuerit baptizatus extra templum, poſtea cùm conualuerit, vel cùm primùm licuerit, deferatur ad Eccleſiam, & adhibeantur ritus conſueti, hoc vno excepto, quòd non adhibeatur aqua, neque forma verborum proferatur, quibus baptiſmus conficitur, quia iam erat baptizatus. Si verò re diligenter perquiſita fuerit dubium vtrùm ſit baptizatus; ſub conditione baptizetur, (aliàs non) dicendo:* Si baptizatus es, ego te iterùm non baptizo: Si verò non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. *Cuiuſmodi conditionalis baptizatio facienda eſt circa infantes qui ab obſtetricibus baptizati eſſe referuntur: quia frequenti experientia deprehenditur, etiam annoſas obſtetrices perperàm proferre verba formæ, iam quidem ob ignorantiam, aliàs ob animi perturbationem, quam ſubinde adfert parturientium periculum.*

Leo epi. 92.c.15

De Bap. & eius effect. c. De quibus.

De Baptiſmo adulti.

10 *Quādo adultus petit Baptiſmum, debet priùs inſtitui in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu, competēti dierum ſpatio; ita vt ſufficienter, iudicio prudētium, antequam baptizetur, ſit in fide inſtructus. Si tamen eſſet morti proximus, habita tunc periculi ratione, inſtruatur & baptizetur. Catechumenus inſtructus in rebus fidei; baptize-*

*tur*

*tur in Eccleſia. Patrinus ei aſsiſtat, & ipſe catechumenus ad interrogata reſpōdeat, ſi quidem ætatem habet.*

De Baptiſmo hæreticorum.

*11 Tametſi verum Baptiſma extra Catholicam Eccleſiam reperiri poſſe definitum ſit vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione; iuſtiſsima tamen eſt ratio dubitandi de veritate baptiſmi ab hæreticis noſtri tēporis adminiſtrati. Cùm enim per crudeliſsimam inſaniſsimamq; ſæuitiam omne illic Sacramentorum lumen extinctum eſſe videatur, qui & Sacramentorum formas peruertunt, materiam contemnunt, & ab Eccleſiæ intentione mentem alienam habent; imò & inuenitur alicubi, alium quidem formam verborum proferre, & alium exhibere actum baptizandi; meritò eorum Baptiſmus debet haberi de nullitate ſuſpectus. Ideoq; ſub conditione baptizandi ſunt tales more Catholico, quoniam non poteſt in iterationis crimen deuenire quod factum eſſe neſcitur.*

Lib. 7. contra Donat. c. 53.

Leo epi. 37. Cō-cil Carr. 5. c. 6.

De impoſitione nominis.

*12 Curet Parochus vt nomen alicuius Sancti ſemper imponatur baptizato, vt excellentis virtutis & ſanctitatis imitatione ad Chriſti pietatem animus eius excitetur, ſperétque ſibi eum patronum fore, ad omnes animæ & corporis moleſtias ſuperandas.*

De Baptiſmo infectorum.

*13 Leproſorum aut peſte infectorum infantes ad euitandum contagij periculum, non ſupra fontem baptiſ-*

*malem, ſed ſupra piſcinam, aut alium locum ſeparatum, baptizentur aquâ è ſacro fonte acceptâ.*

Ritus & ordo adminiſtrandi Sacramentum Baptiſmi.

Chryſ. om. 11 n Gèneſin.



*Acerdos Sacramentum Baptiſmi adminiſtraturus ſeriò perpendat, quòd Dei optimi maximi cauſam agat, qui ſeuera animaduerſione puniet ſi ſancta non ſanctè tractentur. Curabit itaque ante omnia Sacerdos, vt reperiatur in ſtatu gratiæ, & ſi ſit ſibi alicuius peccati mortalis conſcius, aut cōfiteatur antequam ad baptiſterium procedat, aut ſi deſit ei copia Sacerdotis, de admiſſo peccato doleat, proponatq́ prima quaque data oportunitate idipſum confiteri. Deinde indutus ſuperpelliceo & ſtola, paratis candela accenſa, oleo catechumenorum, & S. Chriſmate, baptizandum adiens, interroget patrinos;* Quid petitis? *quibus id quod eſt reſpondentibus, quærat cuius ſexus ſit proles? ac deinde, quo nomine vocari velint prolem? patrinis verò reſpondentibus nomen infanti imponendum: quo intellecto illud in libro matriculæ, vnà cum Suſceptorum & parentum nominibus ſcribat, aut inſcribi curet, & denuntiet ſolos inſcriptos pro ſuſceptoribus ab Eccleſia recipi, etiam ſi fortè plures, vt rei gerendæ teſtes & comprecatores adſtent. Quòd ſi quis nomine procuratorio infantem de ſacro fonte ſit ſuſcepturus, & de mandato procuratorio conſtiterit, ipſius Procuratoris, ac etiam Principalis, ſeu conſtituentis nomina in præfato libro ſcribantur, cum*

*anno-*

*annotatione diei, menſis, & anni. Notetur etiam an infans fuerit ab obſtetrice vel ab alio baptizatus, etiam ſi poſtmodum à Sacerdote ſub conditione baptizetur: idq́ propter caſus cognationis hinc emergentes. Deinde dicat Sacerdos:*

## Ritus baptizandi maſculos.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

### Exorciſmus & catechiſmus baptizandi.

Presbyter inſufflando in modum crucis in faciem infantis, dicat: Exi ab eo ſatana, & da honorem Deo viuo & vero. Iterùm inſufflet & dicat, Exi immunde ſpiritus, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, Domino noſtro. Tertiò inſufflet & dicat, Fuge immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto paracleto. Deinde dicat, Pax tecum.

Huius ritus myſteriũ & rationẽ depromũt Cœleſtinus epiſt. 1. c. 12. & Aug. l. 1 de Symbol. c. 1. & epiſt. 105.

Reſpondeat miniſter, Et cum ſpiritu tuo.

Deinde pollice dextro faciendo cruces in partibus infrà nominandis baptizandum ſignet, dicatq́ue:

Ad frontem. Signo te in fronte ✠ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt confidas in eum.

Ad oculos. Benedico oculos tuos ✠ vt videas claritatem eius.

Ad aures. Aures tuas ✠ vt audias verbũ veritatis eius.

Ad nares. Nares ✠ vt percipias odorẽ ſuauitatis eius.

Ad pectus. Pectus ✠ vt credas in eum.

Ad ſcapulas. Scapulas ✠ vt ſuſcipias iugum ſeruitutis eius.

Ad os. Os ✠ vt confitearis eum qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde ſignum crucis fronti & pectori imprimens, dicat. N. Accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam in fronte quàm in corde, vt templum Dei efficiaris, & ab hoc tempore apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum.

De conſecr. diſt. 4. c. Poſtea.

Deinde dicat: Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, diſrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat alligatus. Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad odorem ſuauem præceptorum tuorum lætus tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

PReces noſtras quæſumus Domine, clementer exaudi, & hunc electum tuum crucis dominicæ (cuius impreſſione eum ſignamus ✠) virtute cuſtodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans,

per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Oremus.

DEus qui humani generis ita es conditor, vt ſis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtamento ſobolem nouæ prolis aſſcribe, vt filij promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.

Exorciſmus ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis in nomine Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini noſtri ✠ Ieſu Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te per Deum ✠ viuũ, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctę Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ✠ ſanctifices, benedicendo ✠ benedicas, vt fiat omnibus ſumentibus perfecta medicina permanens in viſceribus eorum, in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Conc. Cartag. 3. c. 5.

Imponendo ſalis modicum ori infantis dicat.

N. Accipe ſal ſapientiæ, vt propitietur tibi Domi-

nus in vitam æternam. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem non diutiùs eſurire permittas, quo minùs cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper Domini ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens, & perduc eum Domine ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Oremus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelũ pietatis tuę, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſumus Dñe, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum, qui ſimiliter cuſtodiat & hũc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vero & viuo, da honorem Ieſu Chriſto, filio eius Domino noſtro, & Spiritui ſancto paracleto, & recede ab hoc famulo Dei, N. quia iſtum ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis dono ſuæ pietatis vocare dignatus eſt.

Et faciat crucem in frontem infantis pollice dextro, dicendo: Et hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

O remus.

DEus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicum, pax rogantium, vita credẽtium, reſurrectio mortuorum: te inuoco ſuper hunc famulum tuum N. qui Baptiſmi tui donum petens æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderat. Sacerdos hîc ſuppoſita manu ſua capiti infantis, offerat eum Deo, dicens: Accipe eum Domine qui dignatus es dicere, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Petenti itaque prꝺmium porrige, & ianuam pande pulſanti, vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem ✠ conſecutus, promiſſa tui muneris regna percipiat. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia adiuratio.

AVdi maledicte ſatana, adiuratus per nomen æterni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, filij eius, cum tua victus inuidia, tremens gemenſque diſcede, nihil tibi ſit commune cum ſeruo Dei N. iam cæleſtia cogitante, renũtiaturo tibi atque ſæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui ſancto paracleto, qui ex ſumma arce cæli deſcendens, perturbatis fraudibus

dibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, ſanctificatum Deo templum & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxis præteritorum criminum liberatus, hic ſeruus Dei gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen eius ſanctum in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Deinde fit exorciſmus, & ter ſignatur puer, dicendo:*

EXorcizo te immunde ſpiritus per Patrem ✠, & Filium ✠, & ſpiritum ✠ ſanctum: vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate atque damnande, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro ne mergeretur dextram porrexit. Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia iſtum ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem fontemq. baptiſmatis vocare dignatus eſt. *Hîc faciat crucem in fronte infantis pollice dextro, & dicat:* Et hoc ſignum ſanctæ crucis, quod nos fronti eius ✠ damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen. Oremus.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui auctor es luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum reſpice, & digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum & ſanctifica,

da ei ſcientiam veram, vt dignus efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneatq́ue ſpem firmam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus ſit ad recipiendam gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Hìc ponat Sacerdos ſtolam ſuper puerum in modum crucis, & dicat:*

NEc te lateat Satana ✠ imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi & vniuerſis angelis tuis æternus veniet interitus. Et ideò pro tua nequitia damnate atque damnande da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, da honorem Spiritui ſancto paracleto: in cuius nomine atque virtute præcipio tibi quicumque es ſpiritus immunde, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. quem hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem ✠ fontemq́ue Baptiſmatis vocare dignatus eſt, vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum: in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

*Sequitur Euangelium.*

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.
℟. Gloria tibi Domine.

Matth. 19. b IN illo tempore: Oblati ſunt Ieſu paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit inde. ℟. Laus tibi Chriſte.

Presbyter de ſputo ſuo in palmam ſiniſtram decenter & modeſtè emiſſo, aſſumit de ea pollice & indice dextræ manus, dicendo: In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Hîc tangat vtramque aurem baptizandi, dicendo: Ephphetha, quod eſt, Adaperire: deinde nares tangendo, dicat: in odorem ſuauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. Ad dextram manum imprimendo ſignum crucis, dicit Sacerdos: N. trado tibi ſignaculum Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠ in manu tua dextra, vt te ſignes, & à te aduerſarium ex omni parte repellas, & habeas vitam æternam, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Introductoria benedictio ad S. Fontem.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat & maneat ſuper te, & Angelus Domini cuſtodiat te vſque dum venias ad ſanctum Baptiſma. Amen.

Hîc moneat Sacerdos Suſceptores, vt ſedulò orent pro infante, quò dignè per Eccleſiæ & ipſorum fidem Sacramentum Baptiſmi ſuſcipere poſſit: legentes Pater noſter. Aue Maria, cum Symbolo Apoſtolorum.

Denudato infante ad ſcapulas vſque, Presbyter cum

intro-

introducit in Baptiſterium, dicendo: N. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, intra in Eccleſiã Dei.

Puerum iam in Baptiſterium delatum, teneat Suſceptrix ſupra fontem: Suſceptore altero manum admouente, deinde interrogato nomine baptizandi, incipiat Catechiſmum, & dicat: N. Abrenuntias Satanæ?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Iterũ interroget Sacerdos, Et omnibus operibus eius?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Tertiò interroget Sacerdos, Et omnibus pompis eius?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Deinde faciat Crucem in pectore infantis de oleo ſancto, quod dicitur Catechumenorum, dicens: N. Ego te oleo ſalutis linio.

Vnctione facta, abſtergatur oleum ſtuppa; quæ poſtea incendatur ſuper piſcinam. Quod in omne vnctione ſiue Olei, ſiue Chriſmatis obſeruari debet.

Et faciendo alteram Crucem de eodem Oleo inter ſcapulas infantis, dicat: In Chriſto Ieſu Domino noſtro, vt habeas vitam æternam. Amen.

Deinde Sacerdos nomine pueri expreſſo, interroget eum, dicens: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

Reſpondeant Suſceptores nomine infantis: Credo.

Iterùm Sacerdos interroget, N. Credis in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum: conceptum de Spiritu ſancto, natum ex Maria virgine, crucifixum, mortuum, & ſepultum, deſcendiſſe ad inferos, tertia die reſurrexiſſe à mortuis,

aſcendiſſe ad cælos, ſedere ad dextram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos? Reſpondeant Suſceptores, Credo.

Iterùm Sacerdos interroget: Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Et vitam æternam?

Reſpondeant Suſceptores, Credo.

Poſtea petat Sacerdos: N. Vis baptizari?

Et reſpondeant Suſceptores, Volo.

Deinde Sacerdos, iubens Suſceptores apponere manum baptizando, quærat: an propter periculum formidatum, ſit aliquid tentatum circa Baptiſmum pueri. Et ſi reſpondeatur, nihil eiuſmodi factum: baptizet eum, ter fundendo aquam ſuper caput eius, & in ipſa fuſione dicendo ſemel: N. **Ego te baptizo In nomine Patris,** [ Hoc dicens ſemel fundat aquam ſuper caput pueri. ] & Filij, [ Iterùm infundendo aquam addat. ] & Spiritus ſancti, [ Tertiò aquam fundendo dicat. ]

Si re diligentér perquiſita, fuerit dubium vtrùm puer ſit baptizatus, vel ſi ſit baptizatus ab obſtetrice, ſub conditione baptizetur, dicendo: N. Si es baptizatus, ego te non baptizo: ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Deinde dicat Sacerdos hanc Orationem. Oremus.

Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quiq́ue tibi dedit remiſſionem omnium peccatorum.

Et

Et vngendo Chriſmate infantem, in modum Crucis in vertice, non autem in fronte, addat: **Ipſe te liniat Chriſmate ſalutis: in eodem Chriſto Filio ſuo Domino noſtro, in vitam æternam.**


Tunc imponendo albam veſtem capiti pueri, dicat: N. **Accipe veſtem ſanctam, candidam & immaculatam: quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum.**

Poſtea candela ardens datur in manus Suſceptorum, qui eam tenēt ad latus dextrum infantis: & dicit Sacerdos petito nomine infantis: N. **Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem: cuſtodi Baptiſmum tuum: vt, cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei, vnà cum omnibus ſanctis eius, in aula cæleſti, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum.** ℟. **Amen.**

Deinde addat Sacerdos: **Vade in pace, fides tua te ſaluum fecit.**

Omnibus abſolutis, ſi plures adfuerint tamquam Suſceptores, deſignet Sacerdos duos illos qui libro inſcripti ſunt, ac moneat eos vt cum parentibus baptizati curam illius gerant, non ſolùm corporis, ſed & animæ; vt cùm ad legitimam ætatem peruenerit, in Catholica religione & bonis moribus inſtituatur. Ad quod illos obligari declaret Parochus; nec ſatis eſſe quòd curam illam in parentes reiiciant. Reuocet quoque eis ad memoriam, quòd cognationem ſpiritualem cum baptizato hoc, & eius patre & matre contraxerint, ita vt legitima nuptiarum fœdera inire inter ſe poſt hac non poſſint.

## De Baptismo puellarum.



*IN primis Presbyter indutus superpelliceo & stola, ex Susceptoribus delatæ infantis interroget:* Quid petitis? *quibus id quod est respondentibus, interroget cuius sexus sit proles? ac deinde nomen infanti imponendum exprimant. Quo intellecto, inquirat etiam de Susceptorum nominibus, nec admittat nisi vnũ, aut vnum & vnam, eorúmque nomina cum nominibus parentum scribat, aut scribi curet, ad eumdem modum, quo supradictũ est pag.* 10. *circa ritum baptizandi masculos: & denuntiet solos inscriptos pro Susceptoribus haberi ab Ecclesia.*

Ritus baptizandi puellas.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde insufflet Sacerdos in modum Crucis in faciem infantis, & dicat: Exi ab ea Satana, & da honorẽ Deo viuo & vero. Insufflet secundò & dicat, Exi immunde spiritus, & da honorem Iesu Christo filio eius Domino nostro. Tertiò insufflet & dicat, Fuge immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto paracleto.

Deinde dicat, Pax tecum.

Respondeat minister, Et cum spiritu tuo.

Deinde pollice dextro faciendo cruces in partibus infrà nominandis baptizandam signet, dicatque:

Ad frontem Signo te in fronte ✠ in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt confidas in eum.

Ad

Ad oculos. Benedico oculos tuos ✠ vt videas claritatem eius.

Ad aures. Aures tuas ✠ vt audias verbum veritatis eius.

Ad nares. Nares ✠ vt percipias odorem ſuauitatis eius.

Ad pectus. Pectus ✠ vt credas in eum.

Ad ſcapulas. Scapulas ✠ vt ſuſcipias iugum ſeruitutis eius.

Ad os. Os ✠ vt confitearis eum qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus: Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde ſignum Crucis fronti & pectori imprimens dicat, N. Accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam in fronte quàm in corde, vt templum Dei efficiaris, & ab hoc tempore apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. De conſec. diſt. 4. c. Poſtea.

Deinde dicat, Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hanc famulam tuam N. quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab ea expelle, diſrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat alligata. Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbuta, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad odorem ſuauem

præce-

præceptorum tuorum læta tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idonea efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui. Per eumdem Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

PReces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, & hanc electam tuam crucis Dominicæ (cuius impreſſione eam ſigna✠mus) virtute cuſtodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regnerationis gloriam peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

DEus, qui humani generis ita es conditor, vt ſis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtamento ſobolem nouæ prolis adſcribe, vt filij promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.

Exorciſmus ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis, in nomine Patris✠ omnipotentis, & in charitate Domini noſtri ✠ Ieſu Chriſti, & in virtute Spiritus✠ ſancti. Exorcizo te per Deum✠ viuũ, per Deum ✠ verum, per Deum✠ ſanctum, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te

Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſancti-ficando ✠ ſanctifices, benedicendo ✠ benedicas, vt fiat omnibus ſumentibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Imponendo ſalis modicum ori infantis, dicat:

N. Accipe ſal ſapientiæ, vt propitietur tibi Dominus in vitam æternam. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, & veritatis auctor, te ſupplices exoramus, vt hanc famulam tuam N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem non diutiùs eſurire permittas, quo minùs cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper Domini Spiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens, & perduc eam Domine ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

DEus cæli & terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus virginum, Deus omnium bene viuentium, Deus cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: te inuoco Domine ſuper hanc famulam tuam N. vt

perducere eam digneris ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius Domino noſtro, & Spiritui ſancto paracleto, & recede ab hac famula Dei N. quia iſtam ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedi✠ctionem, fontemque Baptiſmatis dono ſuæ pietatis vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ crucis, quod nos fronti eius ✠ damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Iſrael de Ægyptia ſeruitute liberatas, per Moyſen famulum tuum de cuſtodia mandatorum tuorum in deſerto monuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor Domine, vt liberes hanc famulam tuam N. & perducere eam digneris ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vero & viuo, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. quia iſtam ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt.

Hic

Hîc faciat crucem in frontem infantis pollice dextro, & dicat: Et hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

EXorcizo te immunde ſpiritus per Patrem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ſanctum ✠, vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. Ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vero & viuo, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. quia iſtam ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt.

Hîc faciat crucem in frontem infantis pollice dextro, & dicat: Et hoc ſignum ſanctæ crucis ✠ quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis: reſpice ſuper hanc famulam tuam N. vt digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eam & ſanctifica ✠ da ei ſcientiam veram, vt digna efficiatur acce-

dere ad gratiam Baptiſmi tui: teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanam, vt apta ſit ad percipiendam gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Hîc ponat Sacerdos ſtolam ſuper infantem in modum crucis, & faciens crucem in fronte, dicat:

Nec te ✠ lateat ſatana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni: diem qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi, & vniuerſis angelis tuis æternus veniet interitus. Et ideò pro tua nequitia, damnate & damnande, da honorem Deo vero & viuo, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, da honorem Spiritui ſancto paracleto, in cuius nomine atq. virtute præcipio tibi, quicumque es ſpiritus immunde, vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. quam hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctã gratiam & benedictionem, ✠ fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt: vt fiat eius templum, per aquam regenerationis, in remiſſionem omnium peccatorum: In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Deinde legatur Euangelium ſequens.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Oblati ſunt Ieſu paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis: Sinite paruulos, &

nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit inde. ℟. Laus tibi Chriſte.

Presbyter de ſputo ſuo in palmam ſiniſtram decenter & modeſtè emiſſo, aſſumit de ea pollice & indice dextræ manus, dicendo: In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Hîc tangat aurem dextram baptizandæ, & dicat: Ephphetha, quod eſt, Adaperire: deinde nares tangendo dicat, in odorem ſuauitatis. tangens aurem ſiniſtram dicit, Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. circa locum dextræ manus imprimendo ſignum crucis, dicat Sacerdos: N. trado tibi ſignaculum Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠ in manu tua dextra, vt te ſignes, & à te aduerſarium ex omni parte repellas, & habeas vitam æternam, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Introductoria benedictio ad S. Fontem.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat & maneat ſuper te, & Angelus Domini cuſtodiat te vſque dum venias ad ſanctum Baptiſma. Amen.

Hîc moneat Sacerdos Suſceptores vt ſedulò orent pro infante, quò dignè per Eccleſiæ. & ipſorum fidem Sacramentum Baptiſmi ſuſcipere poſſit, legentes Pater noſter. Aue Maria. cum Symbolo Apoſtolorum.

Denudata infante ad ſcapulas vſque, Presbyter eam introducit in Baptiſterium, dicendo: N. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, intra in Eccleſiã Dei.

Infantem iam in Baptiſterium delatam, teneat Suſceptrix ſupra fontem: Suſceptore altero manum admouente, deinde interrogato nomine baptizandæ, incipiat Catechiſmum, & dicat: N. Abrenuntias Satanæ?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Iterũ interroget Sacerdos, Et omnibus operib⁹ eius?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Tertiò interroget Sacerdos, Et omnibus põpis eius?

Reſpondeant Suſceptores, Abrenuntio.

Deinde faciat crucem in pectore infantis de oleo ſancto, quod dicitur Catechumenorum, dicens:

N. Ego te oleo ſalutis linio.

Et faciendo alteram crucem de eodem oleo inter ſcapulas infantis, dicat: In Chriſto Ieſu Domino noſtro, vt habeas vitam æternam. Amen.

Deinde Sacerdos nomine infantis expreſſo interroget eam, dicens: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

Reſpondeant Suſceptores nomine infantis, Credo.

Iterùm Sacerdos interroget, N. Credis in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum Dominum noſtrum: & quòd conceptus ſit de Spiritu ſancto, & natus ex Virgine, crucifixus & mortuus, deſcenderit ad inferos, tertia die reſurrexerit à mortuis: aſcenderit ad cælos, ſedeatq́ue ad dexteram Patris, venturus iudicare viuos & mortuos?

Reſpondeant Suſceptores, Credo.

Iterùm Sacerdos interroget, Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum

rum

rum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Reſpondeant Suſceptores, Credo.

Poſtea petat Sacerdos, N. Vis baptizari?

Et reſpondeant Suſceptores diſtinctè, Volo.

Deinde Sacerdos iubēs Suſceptores apponere manum baptizandæ, quærat, an propter periculum formidatum, ſit circa baptiſmū infantis aliquid attentatū à quoquam? Et ſi reſpondeatur, nihil eiuſmodi factum: baptizet eam ter, fundendo aquam ſuper caput eius, & dicendo ſemel: N. Ego te baptizo in nomine Patris, [Hoc dicens ſemel fundat aquam ſuper caput pueri.] & Filij, [iterùm infundendo aquam addat. & Spiritus ſancti, [tertiò aquam fundendo dicat.]

Si re diligenter perquiſita, fuerit dubium vtrùm ſit infans baptizata, vel ſi ſit baptizata ab Obſtetrice, ſub conditione baptizetur, dicendo: N. Si es baptizata, ego te non baptizo: ſed ſi non es baptizata, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Deinde dicat Sacerdos hanc Orationem.

Oremus.

DEus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quique tibi dedit remiſſionem omnium peccatorum.

Et vngendo Chriſmate infantem in modum crucis in vertice, addat: Ipſe te liniat Chriſmate ſalutis, in eodem Chriſto Filio ſuo Domino noſtro, in vitam æternam.

Tunc imponendo albam veſtem capiti infantis, dicat:

N. Accipe veſtem ſanctam, candidam & immaculatam: quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum.

Poſtea candela ardens datur in manus Suſceptorum, qui eam tenent ad latus dextrum infantis, & dicit Sacerdos petito nomine infantis: N. Accipe lampadem ardentem irreprehenſibilem: cuſtodi Baptiſmum tuum, vt cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei, vnà cum omnibus Sanctis in aula cæleſti, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Omnibus abſolutis moneat Sacerdos Suſceptores, vt cum Parentibus baptizatæ curam illius gerant, non ſolùm corporis, ſed & animæ: vt cùm ad legitimam ætatem peruenerit, in Catholica religione & bonis moribus inſtituatur, & reuocet eis ad memoriam, quòd cognationem ſpiritualem cum baptizata hac & eius patre & matre contraxerint, ita vt legitima nuptiarum fœdera inire inter ſe poſt hac non poſſint.

## MONITIONES.

*SI contingat plures ſimul baptizari (quod tamen extra neceſſitatem non fiat) in Orationibus & Exorciſmis ſingularis numerus mutetur in pluralem: Et ſiquidem maſculi fuerint, vel maſculi & puellæ, legantur Orationes & Exorciſmi maſculis deputati. Si autem puellæ & femellæ, Orationes & Exorciſmi feminis deputati.*

*putati. Semper tamē cerimoniæ Vnctionū, Baptiſmi, & aliæ, ſingulis ſingulariter ſunt adminiſtrandæ, & à ſingulis interrogandū: an abrenuntient, credant, & baptizari velint? Et, ſi fortè is pro quo Baptiſmus petitur, per ætatē, doctrinæ capax eſt, inſtruatur: nec anteà admittatur ad Baptiſmum, quàm fidē proprio ore profiteri edoctus ſit, & ad omnes interrogationes pro ſe reſpondeat, niſi mortis periculum vetet dilationem fieri. Suſceptor tamen adhibendus eſt, non vt loco baptizandi fidē profiteatur, ſed vt eum moribus Chriſtianis imbuendū curet.*

De Baptiſmo infantis, cuius ſubitæ & inſtantis mortis timetur periculum.

Q*Vòd ſi infanti immineat periculum mortis, pro ratione & qualitate periculi, Sacerdos prudēter aget, & poterit eſſe tantū, vt expediat ſtatim procedere ad Baptiſmū, nullo alio præmiſſo, quàm interrogatione, num ſcilicet circa infantis Baptiſmum aliquid ſit attentatum, & tunc vnà cum verbis his procedat, etiam in aqua non conſecrata, ſi conſecrata ad manum non ſit.*

N. Ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Aſperget caput pueri ter aqua, modo ſuperiùs explicato. Si verò periculum nō appareat tam magnū, poterit ante omnia, aliquot Orationes ſuprà deſcriptas præmittere, aliis omiſſis. Conueniet autem in primis hanc dicere:

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne

Deus, luminis ac veritatis auctor, ſuper hunc [hanc] famulum [lam] tuum [tuam] N. vt digneris eum [eam] illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum [eam] & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus [na] efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneatque firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus [ta] ſit ad percipiendam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia, &c.

Deinde addat hanc Orationem.

MEdelam tuam deprecor Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui ſubuenis in periculis, qui temperas flagella dum verberas. Te ergo Domine ſuppliciter exoramus, vt hunc [hanc] famulum [lam] tuum [tuam] eruas ab hac infirmitate, vt non præualeat inimicus vſque ad animæ tentationem; ſed ſicut in Iob terminum ei pone, ne inimicus de anima iſta ſine redemptione Baptiſmatis incipiat triumphare. Differ Domine exitum mortis, & ſpatium vitæ extende, & releua quem [quam] redimere gloriaris, vt Baptiſmi ſit in illo [illa] palma, non mortis, vt glorioſum ſemper baiulet, quod acceperit, ſignum crucis. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Poſtea dicat, Nec te lateat ſatana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi, atque vniuerſis

angelis

angelis tuis æternus veniet interitus: & ideò pro tua nequitia damnate atq; damnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto paracleto, in cuius nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque es, immunde ſpiritus, vt exeas & recedas ab hoc [hac] famulo [la] Dei N. quem [quam] hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontemq́. Baptiſmatis vocare dignatus eſt, vt fiat eius tēplum per aquam regenerationis in remiſſionē omnium peccatorum, in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Faciat deinde Crucem de ſputo ad nares & aures pueri, & dicat: Ephphetha, quod eſt, Adaperire, in odorem ſuauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Deinde procedat Sacerdos ad Catechiſmum, vt ſuprà dictum eſt, videlicet ad abrenuntiationem Satanæ, linitionem Olei ſacri & Chriſmatis, cum interrogatione fidei, quæ ſi imminens neceſſitas non permittat adhiberi omnia prædicta ſola præcedant Baptiſmum.

¶ Poſt hæc ſi nihil attentatum eſt circa Baptiſmum infantis, baptizet eum in modum ſequentem. N. Ego te baptizo in nomine Patris, aſpergat ſemel aqua infantem in capite. & Filij, aſpergat ſecundò. & Spiritus ſancti, Amen. aſpergat tertiò.

Si verò intelligat aliquid eſſe attentatum circa infantem, vtatur forma ſequenti: N. Si baptizatus [ta] es,

non te rebaptizo: ſed ſi non es baptizatus, [ ta, ] ego te baptizo In nomine Patris, aſpergat aqua caput infantis. & Filij, aſpergat ſecundò. & Spiritus ſancti. aſpergat tertiò.

*ADuerte hîc, quòd ſi infans his peractis ſuperuiuat, ſupplebuntur in Eccleſia per Sacerdotem, quæ propter neceſſitatem fuerint prætermiſſa. Hoc obſeruato: vt quoties in ſupplendis orationibus, adiurationibus, ſeu exorciſmis, aliiſve lectionibus præſcriptis fiat mentio doni, ſeu gratiæ Baptiſmi, quæ infans iam baptizatus indubiè recepit; referatur ad vberiorem Baptiſmatis gratiæ, aut doni effectum tota vita reliqua percipiendum. Quomodo etiam frequens ibi commemorata Satanæ eiectio, fuga aut exitus referenda ſunt à Baptiſta ad perfectiorem eius paulatim eiectionem, ac pleniorem purgationem. Refert enim Auguſtinus regenerationis gratiam, quæ per ſacrum lauacrum datur, vſque in finem vitæ cuncta mala purgare & ſanare.*

Auguſt. lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 33.

Sequitur ordo obſeruandus, circa eos qui in hæreſi, aut ſchiſmate, ſine præuiis exorciſmis, exſufflationibus, vnctionibus, aliiſque myſticis ritibus baptizati ſunt.

*EVenire ſolet hæreſis aut ſchiſmatis temporibus, vt ex veterum rituum faſtidio, neglectis exorciſmis & exſufflationibus, ſiue vnctionibus, aliiſque myſticis ritibus (debita nihilominus verborum forma ſeruata) paruuli baptizentur, qui quidem ſic baptizati, denuò rebaptizari non debent: ſed piis interim & ſedulis admoni-*

*monitionibus inducendi ſunt, ne etiam illa omittant, quæ non ſine grauiſsimis cauſis, nec ſine maxima inde conſequente vtilitate, tamquam viua quædam fidei & pietatis incitamenta huic Sacramento ab initio Eccleſiæ annexa ſunt. Cùm itaque infantem ſine huiuſmodi vnctionibus, & aliis myſticis ritibus baptizatum Catholico Sacerdoti obtulerint Patrini, ſeu Suſceptores, vt omiſſos ritus in puero ſuppleat, Sacerdos eum nomine ſuo compellans, dextera ſua crucis ſignum fronti atque pectori pueri imprimens, dicet:*

N. Accipe ſignaculum crucis Chriſti, tam in fronte ✠ quàm in corde ✠. Tene fidem cæleſtium præceptorum, talis eſto moribus, vt templum Dei eſſe poſſis, receptuſq́ue [ taq́ue ] in Eccleſiam Chriſti, euaſiſſe te laqueos diaboli lætus [ læta ] agnoſcas. Horreſce idôla, reſpue ſimulacra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum Filium eius. Qui cum eodem Patre in vnitate Spiritus ſancti viuit & regnat Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hũc [ hanc ] famulum [ lam ] tuum [ tuam ] quem [ quam ] dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo [ ea ] expelle. Diſrumpe omnes laqueos diaboli, quibus fuerat alligatus. [ ta. ] Aperi ei ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ imbutus [ ta ] omnium cũpiditatum fœtoribus careat,

& ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus [ læta ] tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus [ idonea ] ſit frui gratia Baptiſmi tui, quam percepit. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Hîc Sacerdos de ſale exorcizato, mittat in os pueri, dicens:* N. Accipe ſal ſapientiæ, vt propitietur tibi Dominus in vitam æternam. Amen.

Oremus.

DEus Abraham ✠ Deus Iſaac ✠ Deus Iacob ✠ Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: Te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum, vt ſimiliter cuſtodiat hunc [ hanc ] famulũ [ lam ] tuum, [ tuam, ] vt teneat gratiam Baptiſmi tui quam percepit. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, luminis ac veritatis auctor, ſuper hunc [ hanc ] famulum [ lam ] tuum, [ tuam, ] vt digneris eum [ eam ] illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum [ eam ] & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus [ na ] ſit frui gratia Baptiſmi tui quam percepit. Teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus [ apta ] ſit ad tenendam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum Ieſum

Chri-

Chriſtum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Hîc Sacerdos faciat crucem in fronte, ore, & pectore pueri, dicens: Sequentia S. Euangelij ſecundùm Marcum. ℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Offerebant Ieſu paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnum Dei. Amen dico vobis: Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. Mar. 10 b

Deinde Sacerdos ponens manum ſuam ſuper caput pueri, oret pro eo, iubeatque Suſceptores ſimiliter orare pro ſalute pueri, ſed & ipſe puer, ſi per ætatem valeat, dicat alta voce Pater noſter, Aue Maria, & Symbolũ fidei.

Poſtea ſumat Sacerdos de ſputo ſuo, & tangat nares & auriculas pueri, vt ſuprà dictum eſt, dicendo:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Ephphetha, quod eſt, Adaperire, Liniat ſputum ad aures. in odorem ſuauitatis. Tangat ſputo nares.

*His peractis, Sacerdos ſeriò erudiat puerum, quomodo olim in Baptiſmo ore ſuorum Suſceptorum abrenuntiauerit Satanæ, & omnibus pompis eius, & fidem in Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum Filium eius, &*

*in*

*in Spiritum sanctum, disertè professus sit: Admoneatq́, eum, vt sponsionem suam, quam Deo fecit, quæ procul dubio in cælo consignata est, sollicitè seruare, & exoluere procuret.*

Post hanc admonitionem denudetur pectus & scapulæ pueri, & accepto oleo catechumenorum faciat crucem in pectore eius, dicens: N. Ego te oleo ✠ salutis linio. Deinde faciendo crucem inter scapulas dicat: In Christo Iesu ✠ Dño nostro. Deinde dicat hanc Orationem.

Deus omnipotens Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, Hîc faciat crucem de Chrismate in vertice pueri subiungendo: Ipse te liniat Chrismate salutis in Christo ✠ Iesu Domino nostro in vitam æternam. Amen.

Tum imponendo albam vestem capiti pueri, dicat Sacerdos: Accipe vestem candidam, sanctam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam æternam, & viuas cum eo in sæcula sæculorum. Amen.

Postremò ponat Sacerdos cereum ardentem ad dexteram manũ infantis, & eum nominãdo, dicat: N. Accipe lampadem ardentem, & irreprehẽsibilem, & custodi Baptismum tuum, vt cùm Dominus ad nuptias venerit, tu possis occurrere ei, vnà cum omnibus Sanctis eius in aula cælesti, habeasque vitam æternam, & viuas cum eo in sæcula sæculorum. Amen.

Vade in pace, ✠ fides tua te saluum [saluam] fecit.

ORDO

# ORDO INTRODVCENDI mulierem in Ecclesiam post partum.



*E hoc ritu (quem Christiana gratitudo requirit) seruanda est constitutio Synodi prouincialis Mechliniensis; quæ, inhærendo rescriptis Gregorij 1. ad Augustinum Anglorum Episcopum, & Innocentij 3. definiuit in hunc modum. Quia superioris temporis negligentia, probatissimus ille Christianæ Ecclesiæ mos quibusdam in locis est collapsus, quo puerperæ certo post partum die, referre Domino Deo gratias solent; Statuit sancta Synodus, vt vbique conformiter in vsum reuocetur, ac puerperæ ad Missæ sacrificium veniant, & contra negligentes, ceu piæ consuetudinis violatores, procedatur.*

Tit. de Sacram. c. 4.
Dist. 5. c. Si mulier.
De Purific. mul. c. vnico.

Quando mulier post partum expleto certo dierum numero, ad Ecclesiam, vt moris est, purificanda accedit: Sacerdos indutus superpelliceo & stola, adiens ostium templi, mulierem cādelam accensam habentem in manu dextra, aspergat aqua benedicta, dicens: **Aspergat te Deus rore gratiæ suæ in vitam æternam.** ℟. **Amen.**

Deinde porrecta stola ex collo dependente manui eius, inducat eam, dicens: **Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in sæculum.**

Deinde Sacerdos mulierem deducens ad altare, ibi super eam, genua coram altari flectentem, sic orabit:

Psalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Deinde Parochus ad mulierem conuersus, dicet: ℣. Saluam fac ancillam tuam Domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto illi Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: benedicere ✠ digneris hanc famulam, quæ ad imitationem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ ſeſe cum gratiarum actione, purificandam in templo exhibet: & concede propitius, vt, ſicut ei prolis fœcunditatem, & vires templum tuum ingrediendi contuliſti: ita per interceſſionem eiuſdem immaculatæ Virginis, ab omni mentis & corporis contagio liberatam, ad ſancta ſanctorum pura facias mente accedere, & poſt finem præſentis vitæ, templum cæleſte introire. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſtea dicat ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Benedictio Dei Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper te & maneat ſemper. ℟. Amen.

Sacerdos ſi ſit celebraturus Miſſam pro ea, tunc induitur Sacerdotalibus indumentis, & celebrat Miſſam occurrentis diei, vel aliam votiuam, iuxta deuotionem mulieris: aptiſſimè autem huic laudis officio congruit Miſſa in Purificatione B. Mariæ, quæ incipit Suſcepimus. quæ ſi legatur, omittetur in Collecta, hodierna die. qua finita, dimittetur mulier cum benedictione Domini in pace. Quòd ſi ad celebrandam Miſſam neque Paſtor neque alius Sacerdos haberi poſſit, tunc Parochus poſt iam dictam Collectam addet Euangelium. In principio erat verbum, aut potiùs, Poſtquam impleti. & dicet, Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

Luc. 2. c. IN illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Marię, secundùm legem Moysi; tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino (sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur:) & vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. ℟. Laus tibi Christe. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEus qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberasti, & eam in seruitio tuo deuotam fecisti, concede vt temporali cursu fideliter peracto, sub alis misericordię tuę vitam quietã & perpetuam consequatur. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Vel Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Item, Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus; per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Deinde Sacerdos præbet ei exosculandam Crucem libri Sacramentalis, dicendo:

℣. Dominus det tibi suã pacem. ℟. Et vitã ęternam.

*Si con-*

*SI contigerit mulierem aduersa valetudine certo tempore à Purificatione impediri, differatur purificatio donec vtcumque restituta, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculũ: quia purificatio extra Ecclesiam facienda non est, neque substituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.*

*Missam siccam (vt vocant) neque ad purificandam mulierem, neque ad celebrandum coniugium, aut ad vllum alium vsum celebrari permittimus.*

## DECRETA A PAROCHIS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS gregi sibi commisso explicanda.



OLLATIO *Sacramenti huius iure diuino ad Episcopum spectat, & idcirco ratio illud conferendi peti debet ex Põtificali. Parochi autem officium est, eos, quorum curam habet, admonere, vt post Baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quò plenè Christiani inueniantur; & corda eorum ad illud robur dilatentur: vnde hoc Sacramentum vernacula lingua* **Vroomsel** *vocatur. Quod vt præstent, congruum fuerit, vt coram populo ad hoc Sacramentum suscipiendum congregato exhortationis sermonem habeat, quo huius Sacramẽti gratiam commendet; & ceremonias externas explicet, iuxta formulam in Catechismo Concilij Tridentini traditam.*

℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

Luc. 2. c. IN illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Marię, secundùm legem Moysi; tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino (sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur:) & vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. ℟. Laus tibi Christe. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEus qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberasti, & eam in seruitio tuo deuotam fecisti, concede vt temporali cursu fideliter peracto, sub alis misericordię tuę vitam quietã & perpetuam consequatur. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Vel Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Item, Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus; per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.


Deinde Sacerdos præbet ei exosculandam Crucem libri Sacramentalis, dicendo:

℣. Dominus det tibi suã pacem. ℟. Et vitã ęternam.

*SI contigerit mulierem aduersa valetudine certo tempore à Purificatione impediri, differatur purificatio donec vtcumque restituta, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculũ: quia purificatio extra Ecclesiam facienda non est, neque substituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.*

*Missam siccam (vt vocant) neque ad purificandam mulierem, neque ad celebrandum coniugium, aut ad vllum alium vsum celebrari permittimus.*

## DECRETA A PAROCHIS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS gregi sibi commisso explicanda.



OLLATIO *Sacramenti huius iure diuino ad Episcopum spectat, & idcirco ratio illud conferendi peti debet ex Põtificali. Parochi autem officium est, eos, quorum curam habet, admonere, vt post Baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quò plenè Christiani inueniantur; & corda eorum ad illud robur dilatentur: vnde hoc Sacramentum vernacula lingua* **Vroomsel** *vocatur. Quod vt præstent, congruum fuerit, vt coram populo ad hoc Sacramentum suscipiendum congregato exhortationis sermonem habeat, quo huius Sacramẽti gratiam commendet; & ceremonias externas explicet, iuxta formulam in Catechismo Concilij Tridentini traditam.*

1 *Quamuis non ſemper certam ætatem, & annos quos vocant diſcretionis, in pueris expectare debeamus ad huius Sacramenti ſuſceptionem; vt tamen certi aliquid vulgo præfixum habeatur, commodum erit, ſi non ante ſeptennium (niſi fortè malitia præueniat ætatem) quis ad ſacrum hoc Dominicum ſigillum ſiſtatur.*

De conſec. diſt. 5. c. Vt ieiuni.

2 *Cùm ad Confirmationem eſt accedendum, præcipuè adulti (ſi fieri poßit) ieiuni ſint, atque à peccatorum ſordibus per Confeßionem purgati, vt mundi ampliſsima Spiritus ſancti dona accipere queant.*

De conſec. diſt. 4. c. Nō plures.

De conſec. diſt. 4. c. In Catech.

3 *Quòd ſi quis ſemel fuit confirmatus, confirmari iterùm non debet. Confirmandus autem vnum ſibi tātùm deligat Patrinum, alium ab eo à quo è Baptiſmo ſuſceptus fuerat. Si tamen ita neceßitas cogeret, idem tam in Baptiſmo quàm in Confirmatione Patrinus eſſe poteſt.*

De conſec. diſt. 4. c. In Bapt.

4 *In hoc Confirmationis Sacramento non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui ipſe confirmatus non eſt: aut qui qualitatibus illis impeditur, qui in quinto Baptiſmi Canone exprimuntur.*

Concil. Trident. Seſſ. 24. c. 2. Reform. Matrim.

5 *Cognatio quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusq; patrem & matrem, ac tenentem non egreditur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.*

De conſ. d. 4. c Si quis voluerit.

6 *Sciant confirmati frontem ſuam faſcia munda triduo debere eſſe alligatam ob reuerentiam ſacri Chriſmatis: quo peracto, faſcia per Sacerdotem deponatur,*

*& conseruetur in sacrario aut alio honesto loco combu-
renda ad cineres sacros in diem cinerum Quadragesi-
mæ. Et meminerint hoc frontis velum sicut & mysti-
cam alapam, symbola esse, animi ad omnia opprobria
& aduersa parati, pro nomine Christi, cuius facies ve-
lata est & alapis cæsa.*

7 *Qui baptizatum Episcopo ad hoc Sacramentum
sistunt, moneantur vt monitoris & Ducis militiæ sa-
cræ vices subeant: is autem qui sistitur Christianus,
sciat ita se perfectionem per gratiam Spiritus sancti
assequutum; vt tamen non sibi fidat, sed aliorum pro-
uectiorum consilia libenter audiat & amplectatur ad
bonum fidei certamen certandum.*

8 *Præmoneat Parochus consignandos vt à loco Sigilli
sacri non recedant, nisi vltima Episcopi benedictione
percepta.*

## DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

### Canones administrationis Sacramenti Pœnitentiæ.

1 INISTER *huius Sacramenti Pœnitentiæ
est Sacerdos, ordinariam, aut delegatam
iurisdictionem habens: quamquam si gra-
ue periculum mortis immineat, quilibet
Sacerdos potest à quibuscumque censuris & peccatis
absoluere: quia in articulo mortis nulla censura, aut*

onc il. ident. ss. 14. 7.

*peccatum est reseruatum. Extra quem articulum, Sacerdotes, cùm nihil poßint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores legitimos iudices, pro beneficio absolutionis accedant.*

*2 Casus Episcopis reseruati sunt hi: Sodomia cum aliis delictis eiusdem generis grauioribus, Raptus virginum, Homicidium voluntarium, Incendium ex deliberata voluntate procuratum, Simonia, Hæresis, Apostasia, Incestus cum consanguineis aut sanctimonialibus, Iniectio manuum violēta deliberato proposito cum læsione in parentes facta, Sortilegium, Adulterium notorium, & omnia delicta, quæ excommunicationem maiorē à canone vel ab homine latam annexam habent.*

*3 Qui excommunicatus est, non debet absolui à peccatis, priusquam sit absolutus ab excommunicatione. Et à minori quidem excommunicatione absoluere potest, qui potest absoluere à peccatis: ligatum verò maiori excommunicatione, à qua Sacerdos non habet absoluendi potestatem, vel remittat ad superiorem, vel ipse ab eo impetret absoluendi facultatem.*

De sent. xcom. nuper.

*4 Si quis absoluitur ab excommunicatione à Iudice lata, ob mortis imminentis articulum, aut ob aliud impedimentum legitimum, ab eo qui aliàs absoluere eum non poterat: moneat Sacerdos absolutum, vt cessante postea periculo, vel impedimēto huiusmodi, ei à quo iure poterat absolui, quàm citò cōmodè poterit se præsentet.*

De sent. x com. n 6. c. os.

*5 Quum Parochus alteri Sacerdoti committit vices*

*suas,*

*suas, quod attinet ad absolutionem peccatorum, censetur dumtaxat commisisse, quod ipse potest ex ordinaria potestate: non autem quod potest ex delegatione superioris.*

*6 Si quis fuerit per iudicem excommunicatus & denuntiatus: remittendus est ad eum, vt absoluatur in foro exteriori: quamuis in foro conscientiæ possit absolui per aliquem habentem facultates quæ concedi solent cum satisfactione vel consensu partis. Quòd si pars contradicat, qui paratus est facere quod in ipso est, absolui potest in hoc foro conscientiæ.*

*7 Caueat Sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo prodat peccatorem: quin omnia peccata quæ in cōfessione audiuit, perpetuo & religioso silentio comprehensa tenebit, nisi eadem extra confessionem audiuerit.*

## RATIO SERVANDA IN
### Confessione Pœnitentiali, & forma Absolutionis.

*SAcerdos confessiones auditurus, tamquam iudex sedeat, indutus superpelliceo & stola, idq́ in aperto aliquo templi loco, vt ab omnibus videri possit: vnde, si tenebræ sint, etiam lumen habeat apud se, ad tollendam omnem suspicionem, memineritq́ statutorum Synodi Prouincialis Mechliniensis, quæ concernunt Confessionem. Confessurus autem Sacerdotem accedens, vtrumque genu coram eo, tamquam Christi Vicario, flectat, & sic se collocet, vt eius faciem non aspiciat Sacerdos,*

*potißimùm, si mulier sit, sed auerso paulisper vultu, auribus eius se præbeat, dicatq́; primùm,*

Benedicite: *aut potiùs*, Benedic Domine.

Tunc subiungat Sacerdos, Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ad dignè confitendum peccata tua: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

*Quo dicto, Sacerdos pœnitentem patiẽter sua enumerãtem peccata sine interruptione audiat, vsq; ad finem. Et, si taceat, aut, si interrogari petat, ipsum ad peccatorum suorum explicationem moueat & inducat, suggerendo illud demùm esse verè confiteri peccata sua: & neminem meliùs nosse sua peccata, quàm eum, qui commisit. Si autem Sacerdos, post huiusmodi monitionem, confitentem viderit adhuc nimis timidũ, vel minùs aptum, ad propria sua peccata explicanda, iuuabit eum, & examinabit iuxta status eius, & conditionis exigentiam. Vbi autem confitens cessauerit narrare, quæ admisisse se putat, admonebit illum Sacerdos, si viderit expedire, vt bene ponderet grauitatem, multitudinẽ & aßiduitatem suorũ peccatorum, vt seriò detestetur suas iniquitates, ad quam detestationem ingerẽdam, proponat etiam ei suam in Deum ingratitudinem ac metuendum Dei iudicium. Si autem illum ex corde pœnitere perspexerit, consolabitur eum, ostendendo infinitam Dei misericordiam atque veracitatem in promißis, nec non pretiosissimi sanguinis Christi efficaciam. Deinde pœnitentem monebit, vt vitam ac mores in melius commutet, ac vo-*

*luntariè pro peccatis satisfaciat. Postremò, cùm Sacerdos pœnitentis Confessionem audierit, & de peccatis ipsius diligẽter cognouerit: pro delictorum qualitate & quantitate, salutarem ei pœnitentiam imponat, cõmendãs ei opera pietatis & misericordiæ: vt, orationes, eleemosynas, ieiunia, & pias circa passionẽ Domini Meditationes. Et quoniam infirmitas hominũ iam non patitur, vt condignæ eis pœnitentiæ, iuxta veteris Ecclesiæ disciplinam, imponantur: (ad quam tamen, quantum fieri potest, redeundũ est) exponatur pœnitenti grauitas pœnitẽtiæ peccatis eius debitæ; quodq; ad eam vtcumque exoluendam expediat, eũ frequenter ad passionem Domini, & Sãctorum merita recurrere, petendo ab eis, sibi suppleri à Deo, quod suæ infirmitati deest. Item, vt omnes suos labores, atque aduersitatem huius vitæ, patienter suscipiat in pœnitentiam suorum peccatorum. Vnde etiam Sacerdos eumdem absoluturus, primùm dicat:*

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te in vitam æternam, Amen. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus.

Deinde subiungat. Meritum passionis Domini nostri Iesu Christi, & merita beatissimæ Dei genitricis virginis Mariæ, & omnium Sanctorum eius, bona opera per te facta, & facienda, cedant tibi in satisfactionem peccatorum tuorum.

Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. *Deinde Parochus ad mulierem conuerſus, dicet:*
℣. Saluam fac ancillam tuam Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto illi Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: benedicere ✠ digneris hanc famulam, quæ ad imitationem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ ſeſe cum gratiarum actione, purificandam in templo exhibet: & concede propitius, vt, ſicut ei prolis fœcunditatem, & vires templum tuum ingrediendi contuliſti: ita per interceſſionem eiuſdem immaculatæ Virginis, ab omni mentis & corporis contagio liberatam, ad ſancta ſanctorum pura facias mente accedere, & poſt finem præſentis vitæ, templum cæleſte introire. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Poſtea dicat* ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Benedictio Dei Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper te & maneat ſemper. ℟. Amen.

*Sacerdos ſi ſit celebraturus Miſſam pro ea, tunc induitur Sacerdotalibus indumentis, & celebrat Miſſam occurrentis diei, vel aliam votiuam, iuxta deuotionem mulieris: aptiſſimè autem huic laudis officio congruit Miſſa in Purificatione B. Mariæ, quæ incipit* Suſcepimus. *quæ ſi legatur, omittetur in Collecta,* hodierna die. *qua finita, dimittetur mulier cum benedictione Domini in pace. Quòd ſi ad celebrandam Miſſam neque Paſtor neque alius Sacerdos haberi poſſit, tunc Parochus poſt iam dictam Collectam addet Euangelium.* In principio erat verbum, *aut potiùs,* Poſtquam impleti. *& dicet,* Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

Luc. 2. IN illo tempore: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariç, ſecundùm legem Moyſi; tulerunt Ieſum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino (ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur:) & vt darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. ℟. Laus tibi Chriſte. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oremus.

DEus qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberaſti, & eam in ſeruitio tuo deuotam feciſti, concede vt temporali curſu fideliter peracto, ſub alis miſericordię tuę vitam quietã & perpetuam conſequatur. Per Chriſtum Dñm noſtrum. Amen.

Vel Deus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

Item, Deus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus; per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

Deinde Sacerdos præbet ei exoſculandam Crucem libri Sacramentalis, dicendo:

℣. Dominus det tibi ſuã pacem. ℟. Et vitã ęternam.

Si con-

*SI contigerit mulierem aduersa valetudine certo tempore à Purificatione impediri, differatur purificatio donec vtcumque restituta, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculũ: quia purificatio extra Ecclesiam facienda non est, neque substituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.*

*Missam siccam (vt vocant) neque ad purificandam mulierem, neque ad celebrandum coniugium, aut ad vllum alium vsum celebrari permittimus.*

## DECRETA A PAROCHIS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS gregi sibi commisso explicanda.



COLLATIO *Sacramenti huius iure diuino ad Episcopum spectat, & idcirco ratio illud conferendi peti debet ex Põtificali. Parochi autem officium est, eos, quorum curam habet, admonere, vt post Baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quò plenè Christiani inueniantur; & corda eorum ad illud robur dilatentur: vnde hoc Sacramentum vernacula lingua* **Vroomsel** *vocatur. Quod vt præstent, congruum fuerit, vt coram populo ad hoc Sacramentum suscipiendum congregato exhortationis sermonem habeat, quo huius Sacramẽti gratiam commendet; & ceremonias externas explicet, iuxta formulam in Catechismo Concilij Tridentini traditam.*

1 *Quamuis non ſemper certam ætatem, & annos quos vocant diſcretionis, in pueris expectare debeamus ad huius Sacramenti ſuſceptionem; vt tamen certi aliquid vulgo præfixum habeatur, commodum erit, ſi non ante ſeptennium (niſi fortè malitia præueniat ætatem) quis ad ſacrum hoc Dominicum ſigillum ſiſtatur.*

De conſec. diſt. 5. c. Vt ieiuni.

2 *Cùm ad Confirmationem eſt accedendum, præcipuè adulti (ſi fieri poſſit) ieiuni ſint, atque à peccatorum ſordibus per Confeſſionem purgati, vt mundi ampliſſima Spiritus ſancti dona accipere queant.*

De conſec. diſt. 4. c. Nõ plures.

De conſec. diſt. 4. c. In Catech.

3 *Quòd ſi quis ſemel fuit confirmatus, confirmari iterùm non debet. Confirmandus autem vnum ſibi tãtùm deligat Patrinum, alium ab eo à quo è Baptiſmo ſuſceptus fuerat. Si tamen ita neceſſitas cogeret, idem tam in Baptiſmo quàm in Confirmatione Patrinus eſſe poteſt.*

De conſec. diſt. 4. c. In Bapt.

4 *In hoc Confirmationis Sacramento non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui ipſe confirmatus non eſt: aut qui qualitatibus illis impeditur, qui in quinto Baptiſmi Canone exprimuntur.*

Concil. Trident. Seſſ. 24. c. 2. Reform. Matrim.

5 *Cognatio quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusq́; patrem & matrem, ac tenentem non egreditur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.*

De conſ. d. 4. c Si quis voluerit.

6 *Sciant confirmati frontem ſuam faſcia munda triduo debere eſſe alligatam ob reuerentiam ſacri Chriſmatis: quo peracto, faſcia per Sacerdotem deponatur,*

*&*

*& conseruetur in sacrario aut alio honesto loco comburenda ad cineres sacros in diem cinerum Quadragesimæ. Et meminerint hoc frontis velum sicut & mysticam alapam, symbola esse, animi ad omnia opprobria & aduersa parati, pro nomine Christi, cuius facies velata est & alapis cæsa.*

7 *Qui baptizatum Episcopo ad hoc Sacramentum sistunt, moneantur vt monitoris & Ducis militiæ sacræ vices subeant: is autem qui sistitur Christianus, sciat ita se perfectionem per gratiam Spiritus sancti assequutum; vt tamen non sibi fidat, sed aliorum prouectiorum consilia libenter audiat & amplectatur ad bonum fidei certamen certandum.*

8 *Præmoneat Parochus consignandos vt à loco Sigilli sacri non recedant, nisi vltima Episcopi benedictione percepta.*

## DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

### Canones administrationis Sacramenti Pœnitentiæ.

1 INISTER *huius Sacramenti Pœnitentiæ est Sacerdos, ordinariam, aut delegatam iurisdictionem habens: quamquam si graue periculum mortis immineat, quilibet Sacerdos potest à quibuscumque censuris & peccatis absoluere: quia in articulo mortis nulla censura, aut*

oncil. Trident. sess. 14. 7. *peccatum est reseruatum. Extra quem articulum, Sacerdotes, cùm nihil poßint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores legitimos iudices, pro beneficio absolutionis accedant.*

2 *Casus Episcopis reseruati sunt hi: Sodomia cum aliis delictis eiusdem generis grauioribus, Raptus virginum, Homicidium voluntarium, Incendium ex deliberata voluntate procuratum, Simonia, Hæresis, Apostasia, Incestus cum consanguineis aut sanctimonialibus, Iniectio manuum violẽta deliberato proposito cum læsione in parentes facta, Sortilegium, Adulterium notorium, & omnia delicta, quæ excommunicationem maiorẽ à canone vel ab homine latam annexam habent.*

3 *Qui excommunicatus est, non debet absolui à peccatis, priusquam sit absolutus ab excommunicatione. Et* De sent. excom. c. nuper. *à minori quidem excommunicatione absoluere potest, qui potest absoluere à peccatis: ligatum verò maiori excommunicatione, à qua Sacerdos non habet absoluendi potestatem, vel remittat ad superiorem, vel ipse ab eo impetret absoluendi facultatem.*

De sent. ex com. in 6. c. eos. 4 *Si quis absoluitur ab excommunicatione à Iudice lata, ob mortis imminentis articulum, aut ob aliud impedimentum legitimum, ab eo qui aliàs absoluere eum non poterat: moneat Sacerdos absolutum, vt cessante postea periculo, vel impedimẽto huiusmodi, ei à quo iure poterat absolui, quàm citò cõmodè poterit se præsentet.*

5 *Quum Parochus alteri Sacerdoti committit vices*

suas,

*ſuas, quod attinet ad abſolutionem peccatorum, cenſetur dumtaxat commiſiſſe, quod ipſe poteſt ex ordinaria poteſtate: non autem quod poteſt ex delegatione ſuperioris.*

6 *Si quis fuerit per iudicem excommunicatus & denuntiatus: remittendus eſt ad eum, vt abſoluatur in foro exteriori: quamuis in foro conſcientiæ poßit abſolui per aliquem habentem facultates quæ concedi ſolent cum ſatisfactione vel conſenſu partis. Quòd ſi pars contradicat, qui paratus eſt facere quod in ipſo eſt, abſolui poteſt in hoc foro conſcientiæ.*

7 *Caueat Sacerdos ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat peccatorem: quin omnia peccata quæ in cõfeßione audiuit, perpetuo & religioſo ſilentio comprehenſa tenebit, niſi eadem extra confeßionem audiuerit.*

## RATIO SERVANDA IN Confeſſione Pœnitentiali, & forma Abſolutionis.

*SAcerdos confeßiones auditurus, tamquam iudex ſedeat, indutus ſuperpelliceo & ſtola, idq́; in aperto aliquo templi loco, vt ab omnibus videri poßit: vnde, ſi tenebræ ſint, etiam lumen habeat apud ſe, ad tollendam omnem ſuſpicionem, memineritq́; ſtatutorum Synodi Prouincialis Mechlinienſis, quæ concernunt Confeßionem. Confeſſurus autem Sacerdotem accedens, vtrumque genu coram eo, tamquam Christi Vicario, flectat, & ſic ſe collocet, vt eius faciem non aſpiciat Sacerdos,*

*potißimùm, si mulier sit, sed auerso paulisper vultu, auribus eius se præbeat, dicatq́; primùm,*
Benedicite: *aut potiùs,* Benedic Domine.

Tunc subiungat Sacerdos, Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ad dignè confitendum peccata tua: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

*Quo dicto, Sacerdos pœnitentem patiẽter sua enumerãtem peccata sine interruptione audiat, vsq; ad finem. Et, si taceat, aut, si interrogari petat, ipsum ad peccatorum suorum explicationem moueat & inducat, suggerendo illud demùm esse verè confiteri peccata sua: & neminem meliùs nosse sua peccata, quàm eum, qui commisit. Si autem Sacerdos, post huiusmodi monitionem, confitentem viderit adhuc nimis timidũ, vel minùs aptum, ad propria sua peccata explicanda, iuuabit eum, & examinabit iuxta status eius, & conditionis exigentiam. Vbi autem confitens cessauerit narrare, quæ admisisse se putat, admonebit illum Sacerdos, si viderit expedire, vt bene ponderet grauitatem, multitudinẽ & aßiduitatem suorũ peccatorum, vt seriò detestetur suas iniquitates, ad quam detestationem ingerẽdam, proponat etiam ei suam in Deum ingratitudinem ac metuendum Dei iudicium. Si autem illum ex corde pœnitere perspexerit, consolabitur eum, ostendendo infinitam Dei misericordiam atque veracitatem in promißis, nec non pretiosißimi sanguinis Christi efficaciam. Deinde pœnitentem monebit, vt vitam ac mores in melius commutet, ac vo-*

*luntariè pro peccatis satisfaciat. Postremò, cùm Sacerdos pœnitentis Confessionem audierit, & de peccatis ipsius diligēter cognouerit: pro delictorum qualitate & quantitate, salutarem ei pœnitentiam imponat, cōmendās ei opera pietatis & misericordiæ: vt, orationes, eleemosynas, ieiunia, & pias circa passionē Domini Meditationes. Et quoniam infirmitas hominū iam non patitur, vt condignæ eis pœnitentiæ, iuxta veteris Ecclesiæ disciplinam, imponantur: (ad quam tamen, quantum fieri potest, redeundū est) exponatur pœnitenti grauitas pœnitētiæ peccatis eius debitæ; quodq́; ad eam vtcumque exoluendam expediat, eū frequenter ad passionem Domini, & Sāctorum merita recurrere, petendo ab eis, sibi suppleri à Deo, quod suæ infirmitati deest. Item, vt omnes suos labores, atque aduersitatem huius vitæ, patienter suscipiat in pœnitentiam suorum peccatorum. Vnde etiam Sacerdos eumdem absoluturus, primùm dicat:*

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te in vitam æternam, Amen. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus.

Deinde subiungat. Meritum passionis Domini nostri Iesu Christi, & merita beatissimæ Dei genitricis virginis Mariæ, & omnium Sanctorum eius, bona opera per te facta, & facienda, cedant tibi in satisfactionem peccatorum tuorum.

*Pro ſpeciali verò pœnitentia, leges aut facies hoc aut illud.*

Hìc iniungat pœnitentiam delictis congruam: magis enim conuenit ſatisfactionem ante abſolutionem imponere, quàm poſt eam: tum vt pœnitens tanto magis voluntarium ſe præſtet ad ſuſcipiendam pœnitentiam imponendam: tum quòd in veteri Eccleſia abſolutio impendi ſoleat pœnitentia priùs peracta.

Poſtea pro abſolutione dicat, Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam miſericordiam, & meritum ſuæ paſſionis, te abſoluat; & ego eius auctoritate abſoluo te à vinculo excommunicationis, in quantum poſſum, & indiges: deinde abſoluo te à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

*Caueat autem ne pluribus verbis vtatur in impendenda abſolutione, dicendo:* Abſoluo te à confeſſis, contritis & oblitis: *quoniam hæc verba non ſunt de formæ abſoluendi neceſſitate: & conuenit Sacramentorum formas eſſe ſimpliciſſimas, nec continere aliquid ſuperfluum. Conueniens autem eſt, quamuis non ſit omnino neceſſarium, vt abſoluens manum ſuam imponat capiti pœnitentis: quoniam inter cæteras impoſitionis manuum obſeruationes, vetus Eccleſia impoſitione manuum vti ſolet in abſolutione pœnitentium.*

Et dimittens confeſſum, dicat: Vade, & iam ampliùs noli peccare: *Ioh.* 8. vel: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. *Ioh.* 5.

*Si excommunicationi confitens ſit innodatus, ſiue à*

*iure*

*iure ſit lata, ſiue ab homine: (cùm omnis excommunicatio maior ſit caſus vel Papalis, vel ſaltem Epiſcopalis in hac diœceſi) nullus Sacerdos ab ea ſine mandato ſpeciali ſui ſuperioris aliquem abſoluere præſumat, niſi confitens ſit in periculo mortis: proinde nec à peccatis eius, priuſquam illum ad ſuperiorem remiſerit, & ab illo abſolutionem obtinuerit. Si confitens ob periculum mortis ab excommunicatione maiore à proprio Sacerdote ſit abſolutus, & reualeſcat: debet ſe illi, qui poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione habet, præſentare, eiuſq; arbitrio ſe ſubmittere: Atque hoc ſe facturum, dum à proprio Sacerdote abſoluitur in periculo mortis conſtitutus, promittere tenetur.*

## FORMA SOLEMNIS abſoluendi excommunicatum.

SI Sacerdos ſingulare mandatum ad abſoluendum ſolemniter ab excommunicatione acceperit, ante omnia recipiat iuramentum, quòd velit abſoluendus mandatis Eccleſię, & abſoluentis parêre, & læſis à ſe ſiqui ſint, iuxta ſuas facultates ſatisfacere: & ſi propter hæreſin excommunicatio contracta ſit, abiurata hæreſi, & facta fidei profeſſione, ſuper abſoluendum genua flectentem, dicat Antiphonam: **Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.** Pſalmus. **Miſerere mei Deus,** &c. **Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos,** &c.

℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram, vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis pœna conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Huic ſubiungat hanc formam.* Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego, auctoritate Domini noſtri Papæ, *vel* Reuerend. Epiſcopi N. abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam incidiſti.

*Hìc exprimat caſum ac cauſam, propter quam incurrit excommunicationem.* Et reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

*Pro hoc Sacramento non ſubiungitur hìc aliqua inſtructio ad populum: quia illius adminiſtratio fit quaſi ſecretò. Quocirca curet Sacerdos, aliquoties in anno, potiſſimùm Quadrageſimali tempore, publicè populo declarari ea, quæ requiruntur ad obtinendam abſolutionem in hoc Sacramento, & populum circa ea inſtruat.*

DE

# DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

## Canones administrationis Sacramenti Eucharistiæ.

1 MNIS *vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi fortè de consilio proprij Sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quispiam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cùm aliter ille ipsum non posit soluere vel ligare.* Concil. Lateran sub Innoc. 3. c 21. De pœn & remiss. c. Omnis.

2 *Nemini licet, quem mortalis peccati conscientia stimulat, quantumuis sibi contritus videatur, sacram Eucharistiam accipere, antequam se purgauerit Sacramentali confessione.* Concil. Tridét. Sess. 13. c. 7. & can. 11.

3 *Debent fideles ieiuni accedere ad Eucharistiam, ita vt nihil omnino comederint, aut biberint, à dimidia* D cõs. d. 2. can. Liquido.

*nocte*

S. Tho. 3. p. q. 80. art. 8

*nocte antecedentis diei: excipiuntur infirmi, ſi de eorum periculo dubitatur: ne ſine communione decedant.*

*4 Pueris Euchariſtia conceditur, ſi in ea ætate ſint & diſcretione, vt diſcernere poſsint corpus Domini. Quamrem nemo meliùs conſtituere poterit, quàm pater, ſeu Sacerdos, cui illi confitentur peccata. Communiter ætas huic rei apta eſſe ſolet ab anno decimo vſque ad decimumquartum.*

Ex Catechiſmo Ro.

*5 Amentibus qui tunc à pietatis ſenſu alieni ſunt, hoc Sacramentum dare minimè oportet: quamuis ſi antequam in inſaniam inciderint, præ ſe tulerunt piam & religioſam animi voluntatem: licebit eis in fine vitæ, (ex Concilij Carthaginenſis decreto) Euchariſtiam adminiſtrare: modò periculum vomitionis, vel alterius indignitatis, aut incommodi nullum timendum ſit.*

De Cóſ. d. 2. c. Omnis homo.

*6 Poſtulat tanti Sacramenti dignitas, vt qui Matrimonio iuncti ſunt, ante communionem aliquot dies abſtineant à concubitu vxorum.*

Statuit pius V. motu proprio. & l. Regni 9. ti. 2. lib. 1. recopil. 23. diſt. canon. Eccleſ.

*7 Damnatis ad mortem debet dari Euchariſtia; ſed id fiat ante diem ſupplicij.*

*8 Sacerdos cùm ipſe eſt ſumpturus ſanctiſsimum Sacramentum Euchariſtiæ, orario ſeu ſtola circumdabit collum, & vtrumque humerum.*

*9 Si aliquid obſtiterit quo minùs poſsit infirmus ſacram Euchariſtiam accipere tutò, vt ſi timeatur vomitus, vel aliquod ſimile inconueniens: tãtùm adoret Sacramentum, nec detur ei oſculandum: doceatq́; eum*

*Sacer-*

*Sacerdos quo pacto spiritualiter communicet; videlicet, eos spiritualiter Eucharistiam sumere, qui desiderio & voto comedunt cælestem illũ panem, incensi fide viua, quæ per dilectionem operatur. Caueat tamẽ Sacerdos, ne leui occasione à reali sumptione Eucharistiæ infirmũ arceat.*

Conc Tride sess. 1 c. 8.

Argu can. 1 c. qui 26. q.

*10 Eucharistiam in sacrario pro infirmorum communione conseruari necesse est. Ne verò nimia vetustate species corrumpantur, Parochi debent subinde Eucharistiam renouare, veteres hostias sumendo, & recentes in earum locum reponendo.*

Conc. Tride Sess. 1 c. 6.

Conc 9. Syn Tolet.

## FORMA ADMONITIONIS dicendæ à Sacerdote ad Communicaturos ex Catechismo Romano.

*EXcellentissimum & sanctissimum Sacramentum percepturi, quotquot ad diuinam mensam acceditis, adeste animis, vt corpore adestis; vagis & distractis mentibus tanta mysteria suscipere, fas non est. Est enim Eucharistia, finis ad quem referuntur omnia, fons vnde dimanant reliquorum Sacramentorum virtus, & sanctitas. Alia Sacramenta sancta sunt, hoc Sacramentum continet ipsum sanctitatis auctorem (facessat ignauia) Christum Dominum, illum ipsum, qui natus olim ex Virgine, affixúsque cruci, propter nostra peccata, nunc in cælis sedet ad dexteram Patris. Animum atque rationem à sensibus auocate; neque enim panis est quem videtis: sed panis species, quibus tegitur*

*Christi corpus viuum & verum: diuina hoc virtus efficit: quæ diuina non esset, si maiestatem eius & celsitudinem, cogitatio assequeretur humana. Verbo Dei, quo cælum & terra facta sunt, diuinum hoc opus perficitur. Quòd si tantum Regem hospitio accepturi estis; facile est intelligere, quàm mundo corde opus sit, ne quid offendat in vobis tantæ maiestatis oculos: simul, vt suauissimos huius Sacramenti fructus percipiatis; quorum magnitudo neque cogitatione comprehendi, neque oratione potest explicari. Eucharistia panis est animæ: id ergo dignè sumentibus, quod cibus corpori, præstat: vnimur intimè Christo, iuxta ipsius Domini promissionem, neque tamen Sacramentum in nostram substantiam mutatur: sed nos quodammodo in Christi, quem sumimus, naturam conuertimur, vitáque & moribus, similes euadimus. Hoc alimento conseruamur in bonis, & augemur: excitatur gustus, vt ex his mysteriis maiorem in dies suauitatem percipiamus. Mannæ instar est, quod datum est Patribus: nostra culpa sæpè fit, vt Angelorum esca nostro palato non sapiat. Quod peccatis debilitatum est, huius Sacramenti vsu reparatur, fortiores euadimus ad peccata mortalia vitanda; venialia remittuntur; prauæ consuetudinis vires debilitantur: Angelorum custodia munimur, qui suum Dominum & Regem magno numero comitantur. Exercetur fides, & augetur mysterij sublimitate; confirmatur spes hoc pignore æternæ immortalitatis; vnde lætitiæ*

*mate-*

*materia maxima. Ignis inſtar eſt, charitatis flammam in cordibus excitantis, qua carnis incendia ſedantur, affectiones prauæ frænantur; robuſti euadimus aduerſus omnes huius vitæ difficultates: tam diuq́ hoc cibo aliti & vegetati, in ſuſcepto virtutis itinere progredimur, donec perueniatur ad montem Dei Oreb. Verùm hos fructus, aliosq́ innumeros ij tantùm percipiunt, qui dignè communicant: qui ſecus, iudicium ſibi manducant & bibunt; & eſt optimis rebus innatum, vt proſint opportuno, noceant alieno tempore ſumptæ. Integra ergo peccatorum mortalium confeßione opus eſt, qua conſcientiæ mundantur: vt nuptiali veſte ornati, ad tantum conuiuium accedatis: nam & Chriſtus antequam Apoſtolis Euchariſtiam daret, pedes eorum lauit. Adhibeatur reuerentia, & humilitas maxima, vt Regem angelorum ſuſcipiamus: excitetur deuotio ſanctis cogitationibus: ac præſertim memoria Chriſti paßionis, ſicut ipſe mandauit, Hoc, inquiens, facite in meam commemorationem. Remoueatur inprimis ea feſtinatio, quam nonnulli ad tanti Sacramenti ſumptionem, afferre ſolent: ſancta enim ſanctè tractanda ſunt, & qua decet maturitate. Quod fiet, ſi ante & poſt ſumptam Euchariſtiam mentem noſtram ſalutaribus cogitationibus paſcemus, & ardentibus precibus diuinam miſericordiam implorabimus. Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Ex D. Ambroſio de iis qui myſteriis initiantur.
Caput 9.

CONSIDERA *nunc, vtrùm præſtantior ſit panis Angelorum, an caro Chriſti, quæ vtique corpus eſt vitæ. Manna illud è cælo, hoc ſupra cælum: illud cæli, hoc Domini cælorum: illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione: quod quicumque religiosè guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto: illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit & ſitit; tu cùm biberis, ſitire non poteris, & illud in vmbra, hoc in veritate: ſi illud quod miraris vmbra eſt; quantum iſtud eſt, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra eſt, quæ apud Patres facta eſt. Bibebant (inquit) de conſequenti petra, petra autem erat Chriſtus, ſed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figuram facta ſunt noſtri. Cognouiſti præſtantiora? Potior etenim lux quàm vmbra; veritas quàm figura; corpus auctoris, quàm manna de cælo. Fortè dicas, aliud video, quomodo tu mihi aſſeris quòd corpus Chriſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit: maioremq́ue vim eſſe benedictionis quam naturæ; quia benedictione, etiam ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes; proiecit eam, &*

*facta*

*facta eſt ſerpens. Rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur Prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis, & virgæ.* Et poſt multa: *Vera vtique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, verè ergo carnis illius Sacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus, Hoc eſt corpus meum: ante benedictionem verborum cæleſtium, alia ſpecies nominatur. Poſt conſecrationem, corpus Chriſti ſignificatur: Ipſe dicit ſanguinem ſuum: ante* Matt. 26 *conſecrationem aliud dicitur; poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur, & tu dicis, Amen. hoc eſt, verum eſt: quod os loquitur, mens interna fateatur: quod ſermo ſonat, affectus ſentiat. His igitur Sacramentis paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus, quibus animæ firmatur ſubſtantia. Meritoq; videns profectum eius gratiæ continentem, dicit ad eam; Quàm decora facta ſunt vbera tua,* Cant. 4. *ſoror mea ſponſa, quàm decora facta ſunt à vino; & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua, ô ſponſa, mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor libani: hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa mea, hortus concluſus, fons ſignatus. Quo ſignificat ſignatum debere apud te manere myſterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio caſtitatis; ne diuulgetur quibus non conuenit; ne garrula loquacitate diſpergatur in perfidos. Bona debet ergo fidei tuæ eſſe cuſtodia, vt intemerata vitæ ac ſilentij integritas perſeueret.*

## MODVS ADMINISTRANDI infirmis Venerabile Sacramentum Euchariſtiæ.



*Arochus infirmos quos habet viſitet, etiam ad eos non vocatus, ſi diuturnior ſit infirmitas; & ſi ipſi ſuſceptionem Sacramentorum negligant, eos, vt ſe ad ſuſcipiendum præparent, moneat. Adminiſtraturus autem ſuperpelliceum ac ſtolam induat, & cuſtos ſuperpelliceo indutus lumen & campanulam præferat, ceteris comitibus viris piis ſequentibus, ſicq́; domum ægroti petat, & inter eundum caueat, ne vagos oculos huc illucq́; leuiter coniiciat; ſed timidè potius ac grauiter ambulet, cæleſtémque illum quem manibus geſtat theſaurum, fide portet, & linguam ac mentem precando exerceat, quoad in ægrotantis cubiculum introducatur. In cuius limine dicat:*

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Impendat infirmo benedictionem.

*Tum deinde repoſito in menſa ad hoc aptata venerabili Euchariſtiæ Sacramento, ægrotum breuibus verbis ac ſuauibus ad hanc diuinæ viſitationis gratiã excitet, & ad peccatorum contritionem ac reconciliationem (ſi quæ illi poſt Confeſſionem peccata confitenda in mentem venirent) & ad patientiam, meliorisq́; vitæ frugem eum exhortetur, & inquirat an ſit excommunicatus; an*

*iniuſtè aliquid poßideat, an habeat debita occulta, an ſit votis aut peregrinationibus obnoxius.* Poſtea dicat:

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Ante Euchariſtiam flexis genibus dicat hanc collectam.

Oremus.

OMnipotens & miſericors Deus, quęſumus immenſam pietatem tuam: vt ad introitum humilitatis noſtræ famulum [lam] tuum [tuam] N. in hoc habitaculo ægrotantem ſalutiferè viſitare digneris, ſicut viſitaſti Tobiam & Saram: ſocrum Petri, & ſeruum Centurionis: vt ſanitate animę & corporis, per tuam viſitationem, recepta, gratiarum tibi actionem in Eccleſia referat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde blandè & leniter infirmum alloquatur, admoneatq́; illum ad patientiam: rogetq́;, ſi quem adhuc conſcientiæ ſcrupulum habeat: ſi ſic, illum iteratò audiat, & abſoluat, nec non ipſum inducat, vt ab ibi præſentibus fieri pro ſe preces petat; rogétque in genere, quos offendere vel verbo vel facto potuit, veniam: ſpecialiter verò accedere iubeantur, qui de familia aut de ſanguine illius ſunt, vt ab eo veniam precentur. Quòd ſi capitalem aliquam inimicitiam aduerſus quempiam gerat, ſtudeat Parochus dißidentes, quantum in ſe eſt, amicè conciliare. Ipſe quoque ægrotus iniurias ſibi fortè illatas, ſe dimittere declaret. Poſtea hortetur infirmum ad deuotè & cum firma fide ſuſcipiendum Corpus Domini*

*ibi*

*ibi præſens: & circumſtantes moneat, vt pro infirmo orent, quatenus ad ſalutem animæ ſuæ poßit ſumere Sacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, legendo:* Pater noſter.

Deinde infirmus, aut cuſtos eius nomine dicat: Confiteor Deo, &c. Quibus finitis, dicat Sacerdos alta voce: Miſereatur tui, omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te in vitam æternam. ℞. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus. ℞. Amen.

Poſt hæc Sacerdos reuerenter ſacroſanctam Euchariſtiam in altum extollat mente deuota pſallendo: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius, & iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Pſal. 67.

Sciſciteturque ab ægroto: Credíſne ſub hoc Sacramento, corpus Chriſti verè & ſubſtantialiter contineri? &c. ℞. Credo.

Sacerdos de myſterio fidei gratias agens largitori, ſimul orat: Domine adauge nobis fidem, vel Deus meus illumina tenebras meas. Quia verò Auguſt. teſte, nemo carnem illam ritè manducat, niſi priùs adorauerit: breui & pia oratiuncula excitet Sacerdos infirmi mentem ad huius excellentiſſimi viatici perceptionem; moneatque eum vt incorruptum hoc epulum accepturus, humilians ſemetipſum cum Centurione iuxta antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem, dicat: Domine non ſum dignus

Aug. in Pſal. 98. Adorate ſcabellũ pedum eius.

Origen hom. 5. in diuerſ.

Math. 8

vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Et tunc porriget ei ſacram Euchariſtiam, dicens: Accipe frater, vel ſoror, in viaticum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam æternam. ℟. Amen.

Deinde ſubiunget: Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animam tuam, & corpus tuum, in vitam æternam. Amen. Pax tecum.

Dum pixidem qua hoſtiæ conſecratæ ſeruantur, recondit, dicat pro deuotione ſua Antiphonam. O ſacrum cõuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, &c. vel O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam, in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cælo præſtito, eſurientes reples bonis, & faſtidioſos diuites dimittis inanes. ℣. Benedictus qui venit in nomine Domini. ℟. Deus Dominus & illuxit nobis.

Deinde ablutione data, ſubiungat, mutando genus ſecundùm ſexum. ℣. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. ℟. Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. ℣. Ego dixi: Domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Saluum fac ſeruum tuum [ancillam tuam] Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. [eam.] ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*ibi præſens: & circumſtantes moneat, vt pro infirmo orent, quatenus ad ſalutem animæ ſuæ poſſit ſumere Sacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, legendo:* Pater noſter.

Deinde infirmus, aut cuſtos eius nomine dicat: Confiteor Deo, &c. Quibus finitis, dicat Sacerdos alta voce: Miſereatur tui, omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te in vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Poſt hæc Sacerdos reuerenter ſacroſanctam Euchariſtiam in altum extollat mente deuota pſallendo: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius, & iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Pſal. 67.

Sciſciteturque ab ægroto: Credíſne ſub hoc Sacramento, corpus Chriſti verè & ſubſtantialiter contineri? &c. ℟. Credo.

Sacerdos de myſterio fidei gratias agens largitori, ſimul orat: Domine adauge nobis fidem, vel Deus meus illumina tenebras meas. Quia verò Auguſt. teſte, nemo carnem illam ritè manducat, niſi priùs adorauerit: breui & pia oratiuncula excitet Sacerdos infirmi mentem ad huius excellentiſſimi viatici perceptionem, moneatque eum vt incorruptum hoc epulum accepturus, humilians ſemetipſum cum Centurione iuxta antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem, dicat: Domine non ſum dignus

Aug. in Pſal. 98. Adorate ſcabellũ pedum eius.

Origen hom. 5. in diuerſ.

Math. 8

vt

vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Et tunc porriget ei ſacram Euchariſtiam, dicens:

Accipe frater, vel ſoror, in viaticum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam æternam. ℟. Amen.

Deinde ſubiunget: Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animam tuam, & corpus tuum, in vitam æternam. Amen. Pax tecum.

Dum pixidem qua hoſtiæ conſecratæ ſeruantur, recondit, dicat pro deuotione ſua Antiphonam. O ſacrum cõuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, &c. vel O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam, in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cælo præſtito, eſurientes reples bonis, & faſtidioſos diuites dimittis inanes. ℣. Benedictus qui venit in nomine Domini. ℟. Deus Dominus & illuxit nobis.

Deinde ablutione data, ſubiungat, mutando genus ſecundùm ſexum. ℣. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. ℟. Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. ℣. Ego dixi: Domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Saluum fac ſeruum tuum [ancillam tuam] Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. [eam.] ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotẽs, æterne Deus, te humiliter deprecamur: vt huic famulo [læ] ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti accipienti, tam corpori quàm animæ eius proſit, ad remedium ſempiternum. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde ſuauibus verbis moneat ægrum, vt gratias Deo agat de tam immenſo eius beneficio, dicendo cum
Pſal. 8. Pſalmiſta: Domine, quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum, vel
Pſal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

Deinde hortetur eum ad patientiam, & ſui reſignationem, ad Dei voluntatem, & diſpoſitionem, vt qui Corpus Chriſti accepit, ſuum corpus ei rependat, ſiue ad mortem
Auguſt. tract. 84 in Ioan. ſiue ad vitam: ſic enim ad menſam potentis prudenter acceſſerit, de qua ſapiens ait: Intellige quæ apponuntur tibi, & ſic extende manum tuam, ſciens quoniam ſimilia te oportet præparare.

Conſolatione & monitione finita, Sacerdos ægrotum aſpergat aqua benedicta, dicens: Aſperge eum [eam] Domine, & mundabitur; laua eum [eam] & ſuper niuem dealbabitur.

Poſtea pyxidem ambabus manibus tenens, benedicat infirmum cum omnibus præſentibus, dicens: Pax & benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij ✠, & Spiritusſancti ✠, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen. Quo dicto reuertatur decenter ad Eccleſiam, dicendo Pſalmũ Miſerere mei. Et ad oſtium

chori,

chori, seu ad altare, pro consuetudine loci, reuersus, vertat se ad eos qui comitati sunt, genuflexos, eosque moneat ad orandum pro infirmo. Deinde facta benedictione ad populum, pyxidem suo loco reponat, dicendo collectam: Deus qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis.

Si infirmus ob aliquod corporis incommodum sacram Eucharistiam sumere non possit, moneatur vt spiritualiter accipiat, voto propositum illum panem cælestem edens, ac fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem sentiens. Proinde seipsum illis S. Augustini verbis consoletur, Crede & manducasti. Cui propterea ad eius animum excitandum, ac mentem in Deum eleuandam, sanctissimum hoc Sacramentum ostendi poterit. Vbi ille D. Thomæ sequutus exemplum, magna fide & reuerētia dicat Dominus meus, & Deus meus. Adoro te corpus Saluatoris mei Iesu Christi, & benedico tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Domine redime animam meam.

Concil Tridét. sess. 13. c. 8.

Tractat. 25. in Ioan.

Postea recondat sacram Eucharistiam in pyxide, & post ablutionem manuum, ad ęgrotum redeat, ipsumque consoletur & instruat, ac aqua benedicta aspergat, vt priùs: sicque redeat ad Ecclesiam. Profuerit autem annuntiare quandoque populo, indulgentias iis datas, qui hoc Sacramentum comitati sunt; hoc modo, sermone vulgari: Quicumque comitati estis sacratissimum Christi

Ex bulla Mineruæ Pauli Papæ 3. & Greg. 13.

corpus, fecistis opus misericordiæ visitando infirmum; insuper consecuti estis indulgentiam centum dierum: qui verò detulistis cereos accensos; ducentorum dierum.

## DE EXTREMA VNCTIONE.

### Canones administrationis Sacramenti extremæ Vnctionis.

Concil. Florent. de extrema Vnctione.

1 OC *Sacramentum conferri debet infirmis in periculo mortis cõstitutis, nec tamen obseruari debet tempus in quo sit de infirmi salute desperatum, ita vt sensibus carere incipiat, constat enim ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, plurimum valere, si ægrotus liniatur, cùm in eo integra mens, & ratio vigent, vt fidem, & religiosam voluntatem afferat.*

2 *Nemini qui graui morbo adfectus non sit, Sacramentum Vnctionis dare licet, quamuis periculum mortis adeat, vel quia periculosam nauigationẽ parat, vel, quia prœliũ initurus sit, à quo certa mors illi impẽdeat, vel, etiamsi càpitis dãnatus, ad supplicium raperetur.*

3 *Pueri, qui carent vsu rationis, aut amentes qui ab ipso ortu, numquam fuerunt mentis compotes, vngendi non sunt: Qua verò ætate pueris conceditur sacra communio, vnctio quoque concedenda est.*

4 *Amentes & furiosi, habentes interdum rationis vsum, si eo potißimùm tempore piam animi significa-*

*tionem*

*tionem dederunt, aut petierunt, vt sacro oleo vngerentur: postea licet in furorem, aut insaniam incidant; vngendi sunt.*

5 *Licet Sacramentum extremæ vnctionis regulariter post pœnitentiam & Eucharistiam ministrari debeat, ei tamen, qui ob insaniam, furorem, vel alium morbum, hæc Sacramenta recipere non potest, conferenda est extrema Vnctio, sine præuia confeßione, vel Eucharistiæ sumptione. Quamuis antequam insaniret, aut loquelam amitteret, non petierit: si tamen erat bonæ vitæ: quia non præsumitur immemor suæ salutis in morte plusquam in vita. Vnde præsumitur, quod petat, vel, quod petiuisset, si aduertisset, & quod petere voluit, sed non potuit.*

6 *Infirmus periculosè decumbens, in vna infirmitate, semel tantùm vngendus est: quod si post susceptam vnctionem conualuerit, quoties postea in idem vitæ discrimen inciderit, toties huius Sacramenti subsidio, iuuari poterit.*

7 *Si Sacerdos intellexerit, mortem ægroto iam imminere, incipiat ab ipsis vnctionibus: quibus collatis, vel saltem quinque prioribus, Presbyteri animus quiescat, quòd iam infirmus receperit Sacramentum: si verò infirmus adhuc vixerit, tunc Presbyter, omnia exequetur. Si æger ante officij absolutionem moriatur, fiat statim animæ commendatio, dicendo:* Subuenite sancti Dei, &c. vt infrà.

*8 Cùm infirmus non habet pedes aut manus, Sacerdos vngat locum propiorem manibus aut pedibus. Palmæ verò manuum ſemper vngendæ ſunt, etiamſi vngendus ſit Sacerdos, vel etiam Epiſcopus.*

*9 In morbis contagioſis, & peſte graſſante, vt periculum vitetur, preces quæ præmittendæ, & ſubiungendæ forent, poterunt in Eccleſia coram venerabili Sacramento deuotè legi.*

Ritus ac forma adminiſtrandi ægrotis Sacramentum extremæ Vnctionis.

*SAcerdos ægrotum vncturus, indutus ſuperpelliceo & ſtola, accepto ſecum oleo infirmorum, reuerenter ab Eccleſia progrediatur, præuio lumine, concomitantibus amicis & cuſtode, intérque eundum aliquot Pſalmos recitet, atque in limine ipſo domus, pacem diuinam precetur.*

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis præ cæteris tantam gratiam contuliſti, vt quicquid in tuo nomine dignè perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur; quæſumus immenſam clementiam tuam, vt quicquid modò viſitaturi ſumus, viſites: quicquid benedicturi, benedicas ✠,

ſitque

sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tunc Sacerdos graui & prudenti oratione, benigna salutatione præmissa, ægrotum consoletur ac confirmet, explicetque res & effectus huius Sacramenti, habita temporis & ægritudinis ratione.

Exhortatio ad ægrotum oleo sacro vngendum.

DIuinæ voluntati morem gerere (frater aut soror) cæteris omnibus salutare est; tibi necessarium: quò graui & periculoso morbo oppressus, ex diuina benignitate impetres, animæ primùm, deinde etiam corporis incolumitatem: siquidem animæ saluti vtile futurum sit. Commodatò vitam accepimus, vt lubenti animo, cùm exigetur, eam reddamus. Quòd si fortassis huius persoluendi debiti, tuum tempus aduênit, lætare te huius vitæ ærumnas euadere, & cum corporis sarcina, peccandi consuetudinem deponere. Sacramentorum certè præsidio munitus ex hac vita migrabis: Quod magni beneficij loco ponere debes; Christi enim sanguine toties inunctus ornatusque es, quot Sacramenta suscepisti. Securus igitur, quantum humanæ conditionis fragilitas patitur, ad Deum ibis. Agnoscent te Angeli, excipient beati, beata virgo Maria amplexabitur, atque ad Filium suum deducet, ipsius charactere insigni-

ſignitum. Olei ſancti vnctione, gratia augetur; venialia peccata condonantur; animæ languores, & peccatorum reliquiæ ſanantur: perfundimur ea lætitia, quam oleum ſignificat. Præcipuæ corporis partes vngentur, vt quod ſenſuum & membrorum vitio peccatum eſt, diuina hac medicina curetur: fortior euades, vt cum dæmone luctari poſſis, eiuſque laqueos vitare, qui calcaneo inſidiari conſueuit. Fortaſſis etiam à morbo liberaberis, nimirum ſi expediat animæ ſaluti; nam ea vis huic Sacramento indita eſt, vt Iacobus Apoſtolus ait. Cuius tamen neque magnam ſpem habere debes, ne de animæ tuæ cura quicquam remittas; neque nullam, ne Sacramenti gratiam negligere videaris. Ea tantùm fide te vngendum præbe, qua olim qui ab Apoſtolis erant ſanandi. Nec dubitare debes, quin ſanctas preces, quibus diuinam miſericordiam implorabimus, Eccleſiæ & Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam gerentes, ille ſit exauditurus: cui nihil magis eſt cordi, quàm fidelium ſalus. Ipſi honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ex venerabili Beda in cap. 5. Iacobi.

*INfirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: hoc & Apoſtolos feciſſe, in Euangelio diſcimus. Et nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, vt infirmi oleo conſecrato vngantur à presbyteris; ſed oratione comitante, ſanentur.*

*Quod*

*Quod tamen oleum, non nisi ab Episcopis licet confici: nam quòd ait oleum in nomine Domini, significat oleum consecratum in nomine Domini: vel certè quia etiam dum vngunt infirmum, nomen Domini super eum inuocare debent. Et si in peccatis sit, dimittuntur ei. Multi propter peccata in anima facta, infirmitatem, aut etiam morte plectuntur corporis. Vnde Apostolus Corinthiis, qui corpus Domini percipere indigni soliti erant, ait: ideò inter vos multi infirmi & imbecilles sunt, & dormiunt multi. Si ergo infirmi in peccatis sint: & hæc presbyteris Ecclesiæ confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere, atque emendare sategerint, dimittentur eis. Non enim sine confessione emendationis, peccata queunt dimitti.*

Post exhortationem, admoneat Sacerdos assistentes, vt deuotè orent pro infirmo, quatenus dignetur illum Deus salutaribus illis effectibus ab Apostolo Iacobo commemoratis, suaque protectione munire, aduersus omnes insidias inimici: Deinde stans ante ægrotum, dicat:

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & me indignum, qui primùm misericordia tua indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti huius operis ministrum: da fiduciam tui muneris exe-

quendi, & ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ virtutis eſt; operare.

Deinde in modum Crucis aſpergat ægrotum aqua benedicta, dicendo: **Aſpergat te Deus rore gratiæ ſuæ in vitam æternam.**

Oremus.

**OMnipotens & miſericors Deus, immenſam clementiam tuam humiliter imploramus, vt ad introitum humilitatis noſtræ, hunc [hanc] famulum [famulam,] in hoc habitaculo feſſum [feſſam] iacentem, viſitatione ſalutifera, viſitare digneris: vt ſicut viſitaſti Domine Tobiam & Saram, & ſocrum Petri, puerumque Centurionis, ita & iſtum [iſtam,] vt priſtina ſanitate animæ corporiſque recepta, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actionem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.**

Quo facto, infirmum roget, ſi quem adhuc remorſum conſcientiæ habeat, ac eius (ſi opus ſit) confeſſionem audiat. Et etiam ſi tunc non confiteatur infirmus, dicat tamen, aut cuſtos ipſius nomine, **Confiteor,** &c. Quo dicto, ſubiungat Sacerdos, **Miſereatur tui,** &c. Et, **Indulgentiam, abſolutionem,** &c. Et ſtatim abſolutè dicat hanc precationem:

**DEus omnipotens Saluator, & Redemptor generis humani, qui Apoſtolis ſuis dedit ligandi atque ſoluendi poteſtatem, ipſe te abſoluere dignetur à cunctis iniquitatibus tuis: Et quantum meæ fragilitati permittitur, auxiliante ipſo, ſis abſolutus ante faciem illius. Qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.**

*Tunc

* Tunc Presbyter & ministri (si adsint) dicant Psalmos pœnitentiales, aut si non omnes ob breuitatem temporis legere possint, legāt saltem Psalmum Miserere mei, &c.

*De August. refert Possido. quòd vltima qua defunctus est ægritudine, sibi iusserit Psalmos Dauidicos, qui sunt de pœnitētia, scribi, quos in lecto contra parietē positos intuebatur & legebat, & vbertim ac iugiter flebat.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?
Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meū rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant & cōturbentur vehementer omnes inimici mei: cōuertantur & erubescant valdè velociter.
Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri.

Psalmus 37.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui : tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei : & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella paratus ſum : & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me : & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus : ne diſceſſeris à me.
Intende in adiutoriũ meum: Dñe Deus ſalutis meę.
Gloria Patri.

Pſalmus 50.

Miſerere mei Deus : ſecundùm magnam miſericordiam tuam.
Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum : dele iniquitatem meam.
Ampliùs laua me ab iniquitate mea : & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco : & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuũ vitulos.
Gloria Patri.

Psalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.
Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.
A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.
Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.
Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.
Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ieruſalem.
In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant Domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.
Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.
Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.
Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.
Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.
Gloria Patri.

Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendẽtes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expan-

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Dñe, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum. Gloria Patri.

Antiphona. Parce Domine Ieſu Chriſte, parce famulo tuo [famulæ tuæ] quem [quam] redemiſti pretioſo ſanguine tuo; ne in æternum iraſcaris ei.

Litaniæ breues, in quibus ſuo loco recenſetur nomen Patroni vel Patronorum Parochialis Eccleſiæ.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Sancta Maria Ora pro eo. [ea.]
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate pro eo. [ea.]
Sancte Abel, ora pro eo. [ea.]
Omnis chorus iuſtorum, ora.

Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Rumolde, ora.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Augustine, ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sācti & Sanctę Dei, Intercedite pro eo [ea.]
Propitius esto, Parce ei Domine.
Propitius esto, Libera eum [eam] Domine.
Propitius esto, libera eum [eam] Domine.
A peccatis eius, libera eum [eam] Domine.
A variis languoribus, libera.

Ab insidiis diaboli, libera.
A cruciatu & morte perpetua, libera.
Ab ira tua, libera.
Ab omni immunditia mentis & corporis, libera.
Ab infestationibus dæmonum, libera.
Ab omni malo, libera.
Per aduentum tuum, libera eum [eam] Domine.
Per incarnationem & natiuitatem tuam, libera.
Per ieiunium tuum, libera.
Per tentationem tuam, libera.
Per passionem & crucem tuam, libera.
Per gloriosam resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera.
Per aduentum Spiritus sancti Paracleti, libera.
In hora mortis & die iudicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut prȩsentem infirmum [infirmam] visitare & consolari digneris, te rogamus audi nos.
Ut pacem tuam ei dones, te rog.
Ut compunctionem cordis ei dones, te rog.
Ut fontem lacrymarum ei dones, te rog.
Ut cogitationes prauas ab eo [ ea] auferre digneris, te rogamus audi nos.
Ut remissionem omnium peccatorum ei dones, te rogamus audi nos.
Ut spacium pœnitentiæ ei dones, te rog.
Ut sanitatem animæ & corporis ei dones, te rog.
Ut gratiam & consolationem sancti Spiritus, cordi ipsius infundere digneris, te rog.

Vt in præsenti periculo succurrere ei digneris, te rog.
Vt ad gaudia superna eum [eam] perducere digneris, te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis & isti Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis & isti Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis & isti pacem Domine.
Christe audi nos. Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.

Moneat Sacerdos circũadstantes, vt pro infirmo orent, vt ad salutem animæ suæ suscipiat hoc Sacramentum extremæ Vnctionis. Et, facta oratione, procedat, dicens:

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac seruum tuum [ancillam tuam] Domine. ℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Conuertere Domine vsquequo. ℟. Et deprecabilis esto super seruum tuum [ancillam tuam.]
℣. Dominus cõseruet eum, [eam,] & viuificet eum, [eam,] & beatum [beatam] faciat eũ [eam] in terra.
℟. Et non tradat eum [eam] in animam inimicorum eius. ℣. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. ℟. Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. ℣. Dominus custodiat eum [eam] ab omni malo. ℟. Custodiat animam eius Dominus.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et de

Sion

Sion tuere eum. [eam.] ℣. Nihil proficiat inimicus in eo [ea.] ℟. Et filius iniquitatis non apponat vt noceat ei. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine auerte faciem tuam à peccatis eius. ℟. Et omnes iniquitates eius dele. ℣. Cor mundum crea in eo [ea] Deus. ℟. Et spiritum rectum innoua in visceribus eius. ℣. Adiuua eum [eam] Deus salutaris noster. ℟. Propter gloriam nominis tui Domine libera eum, [eam,] & propitius esto peccatis eius propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

RESpice Domine famulum [lam] tuum [tuam] in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refoue, quam creasti, vt castigationibus emendatus [ta] continuò se sentiat tua medicina esse sanatum. [tam.] Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotẽs, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus; facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste, vt famulum tuum [ancillam tuam] N. ab ægritudine liberatum, [tam,] & sanitati donatum, [tam,] dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ, sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuum loquutus es, Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: Cura quæſumus Redemptor noſter, gratia Spiritus ſancti languores huius infirmi, [mæ,] & ſua ſana vulnera, eiuſque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamque ei interiùs exteriuſque ſanitatem miſericorditer redde, vt ope miſericordiæ tuæ reſtitutus [ta:] ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

His dictis, Sacerdos peragat vnctiones, & pollicem, vel virgulam intingat in oleum ſacrum, habeatque linum vel ſtuppam paratam, ad detergendum ſacrum oleum membris inunctis. & dicat: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſit tibi hæc vnctio olei ſanctificati ad purificationem mentis & corporis, & ad munitionem ac defenſionem contra ſæua iacula immundorum ſpirituum. Amen.

Deinde ſubiungat Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et vngens oculos in modum crucis, dicat: Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Post abstersionem oculorum, dicat: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Aures vngendo dicat: Per istam sanctã ✠ vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per auditum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Post abstersionem aurium dicat: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Nares vngendo, dicat: Per istã sanctam ✠ vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per odoratum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Post abstersionem narium, dicat: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Labia vngendo dicat: Per istam sanctam ✠ vnctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per gustum & illicitum sermonem: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Post abstersionem labiorum dicat: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Pectus vngendo dicat: Per istã sanctam ✠ vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti, per cogitationes, & affectus cordis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen. Post abstersionem pectoris, dicat: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Obseruetur huius partis vnctio iis in locis vbi fieri cõsueuit.

Manus vngendo dicat: Per istam sanctã ✠ vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat

tibi Deus, quidquid deliquisti per tactum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

*Postea manus absterguntur, & dicitur:* Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*Pedes vngendo dicat:* Per istam sanctam ✠ vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per incessum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

*Inter abstergendum pedes, dicat:* Sit tibi hæc vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis & corporis, & ad munitionem ac defensionem contra sæua iacula immundorum spirituum. ℟. Amen.

*Deinde ablutis manibus suis & stuppa accensa, vel in ignem proiecta, dicat Sacerdos stans ante infirmum:* Vnxi te oleo sanctificato, inuocato nomine ipsius qui olim Sacerdotes, Reges & Prophetas, olei inunctione consecrari voluit, obsecrans immensam clementiam eius, vt det tibi secundùm diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum eius in interiori homine: vt oleo exultationis eius misericorditer perfusus, [perfusa,] morbi molestiam æquo animo feras; & in charitate radicatus & fundatus, [radicata & fundata,] cum omnibus sanctis comprehendas supereminentem scientiæ charitatem Iesu Christi Domini nostri: Qui viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

*Hîc Sacerdos manum super caput infirmi ponens, aut (si id vetat morbi horror) versus infirmum eleuans, dicat:* Virtutum cælestium Deus, qui ab humanis corpo-

ribus

ribus omnem languorem & infirmitatem tua poteſtate depellis, adeſto propitius famulo tuo, [famulæ tuæ,] vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, per nomen ſanctum tuum inſtauratam protinus percipiat ſanitatem: Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſt hæc porrigat Sacerdos infirmo cereum ardentem (ſi ad manum eſt) dicens: Accipe lampadem ardentem, cuſtodi vnctionem tuam; vt cùm Dominus ad iudicandum venerit, poſſis occurrere ei cum omnibus Sanctis, & viuas in ſęcula ſęculorũ. ℟. Amen.

Adhibeat deinde infirmo imaginem Crucifixi, vt in eam oculos coniiciat, cum ſalubri confidentia in paſſionis merita: Et dicat deinde Sacerdos, Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti, vt inimici à nobis expelleres poteſtatem, concede huic famulo tuo (famulæ tuæ,) vt & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereatur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus humani generis benigniſſime Conditor, & miſericordiſſime Reformator, qui hominem inuidia diaboli ab æterna felicitate deiectum vnici filij tui pretioſo ſanguine redemiſti: viuifica hunc famulum tuum, [hanc famulam tuam,] & iacenti manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus de-

trimentum sustineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet: reple eum [eam] omni gaudio cordis, & lætitia spiritali, expelle ab eo [ea] omnes hostiles insidias, & mitte ei medicum salutis Angelum pacis, qui eum [eam] in angustiis positum [positam] consolationibus tuis attollat, quibus in præsenti consequatur auxilium, & æterna remedia comprehendat. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Sequuntur benedictiones infirmi, quæ fiant assumpto vasculo Olei sacri.*

Benedicat ✠ tibi Dñs, & custodiat te. ℟. Amen.

Ostendat Dominus ✠ faciem suam tibi, & misereatur tui. ℟. Amen.

Conuertat Dominus ✠ vultum suum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat ✠, intra te sit vt te reficiat ✠, circa te sit, vt te conseruet ✠, ante te sit vt te deducat ✠, post te sit vt te confortet ✠, super te sit vt te vndique munitum in miserationibus coronet & bene ✠ dicat: qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Benedictio ✠ Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te & maneat semper.

*His peractis, Sacerdos infirmum breui consolationis verbo confortatum, atque aqua benedicta aspersum, commendabit Domino in pace. Meminerint autem Pastores, infirmos suos post administrationem huius Sacra-*

menti, ſubinde viſitare & conſolari in Domino. Ne autem multitudine verborum moleſtior ſit, quàm ægroto conueniat: Sacerdos poſt extremam Vnctionem hac exhortatione vel ſimili vti poterit digreſſurus ab infirmo.

DIlecte in Chriſto frater, cùm corporis ægrotationem in hac vrgente neceſſitate, ſecundùm ſacrarum literarum promiſſionem, diuinæ gratiæ remediis refeceris, animumq́ue tuum in Deo confirmaris; aduerſus hoſtium impetum fortiter pugnato, ac credito præpotentem Deum Chriſti Seruatoris tui adductum meritis, memoriam præteritorum peccatorum tuorum depoſiturum, ac te à dæmonum inſidiis, à vi, à fraude ſeruaturum. Quorum vires (ij ne tibi nocerent) iam pridem Chriſtus debilitauit, fregit, labefactauit. In hoc eodem Chriſto, vitæ tuæ auctore ac cuſtode à nefaria malefactorum ſeruitute in libertatem vindicaberis, certamq́ue ſalutis æternæ mercedem accipies, quam tibi nobiſq́ue omnibus per Ieſum Chriſtum Deus Opt. Max. tribuat. ℟. Amen.

Reuerſus ad Eccleſiam Sacerdos, commendet infirmum precibus fidelium, & denuntiet indulgentias viginti dierum conceſſas ab Ill^mo ac R^mo Domino Archiepiſcopo Mechlinienſi illis qui deuotè ſacram Vnctionem fuerint comitati.

# ORDO IVVANDI MORIENTES.

1 COnſidera, frater chariſſime, omnibus cuiuſcumque ſint conditionis & ſtatus, conſtitutum eſſe ſemel mori, aliis tardiùs, aliis citiùs, ſecundùm curſum durationis, quem à Deo acceperunt: cuius potentiſſimæ manui omnes ſumus ſubditi, vt naturæ debitum ſoluamus, cùm Domino Deo noſtro viſum fuerit: qui in hoc mundo commorandi dedit nobis diuerſorium, non habitãdi. Non eſt ergo cur vitam iſtam tanto ſtudio deſideres, in qua ſæpè, quantò amplius viuitur, tantò plus peccatur; quantò eſt longior, tantò culpa maior: quotidie enim creſcũt mala, & ſubtrahuntur bona. Itaque tibi potiùs eſt gaudendum, quòd per hanc mortem, ex vita hac temporali & miſera, ad vitam æternam beatamque commigres.

2 Agnoſce, dilectiſſime frater, cũ gratiarum actione, beneficia in te à Deo collata, quòd tibi hactenus, etiam in hac extrema vitæ tuæ periodo, ſui cognitionem benignè indulſerit; quòd morte repentina te opprimi noluerit, quòd te creaturam ſuam, per orthodoxæ fidei religionem, ad cæleſtem hæreditatem miſericorditer vocauerit. De his & aliis innumeris beneficiis Domino Deo noſtro habe gratiam, ad inexhauſtam eius miſericordiam confugiens; & de peccatis tuis veniam humiliter poſtulans.

3 Conſidera frater, quòd Deus Pater filium ſuum dilectum inſontem & innoxium, in quo ſibi bene

com-

complacuit, pro nobis miſeris peccatoribus, tot & tantas tribulationes ſuſtinere voluit, vnde cùm in vitæ tuæ excurſu multa peccata commiſeris, pro quibus pœnas his longè acerbiores commeruiſti: huius morbi & mortis dolorem patienter tolerare debes: Deum humiliter rogans, vt præſens dolor tibi valeat ad peccatorum tuorum remiſſionem: & purgatorij horribiles cruciatus, in iſtam afflictionem tuam, per ſuam miſericordiam commutet; & pro pœnis futuris, det tribulationes præſentes: quæ nullæ ſunt ad futuras. Quòd ſi contrito corde petieris, pœnam neceſſariam tamquam voluntariam feres, & purgatorium tuum facies hîc in mundo, videlicet has pœnas alioqui neceſſarias, & quas nulla ratione poſſes euitare, pro peccatis tuis ſoluendo. Patienter mortem tolerauerunt Chriſtus & Martyres: quicquid in carne toleras, leuius eſſe credas eorum tormento. Velis, nolis, morieris: fac igitur de neceſſitate virtutem: vt dum tributum naturæ perſoluis, apud Deum inuenias meritum.

His quoque interrogationibus, ſaluti morientium conſuli poterit.

1 Nónne vis, frater chariſſime, & viuere & mori, in ſoliditate fidei Ieſu Chriſti, tamquam verus Chriſtianus? ℟. Volo.

2 Nónne petis à Deo veniam peccatorum, quæ commiſiſti contra eius ſummam maieſtatem, & quòd eum condignè non honoraſti? ℟. Peto.

3 Nónne tibi deliberatum eſt, vitam tuam in me-

lius commutare, ſi tibi incolumi hoc morbo deliberari detur? ℟. Eſt deliberatum.

4 Nónne Deum rogas, ſua bonitate tibi hanc gratiam indulgere, vt ab hoc ſancto propoſito non deflectas: ſed cum peccatorum ſuperiorum contritione, ſemper in bonis operibus proficias? ℟. Rogo.

5 Num es tibi conſcius alicuius peccati, de quo Sacerdoti velis confiteri? ℟. Non ſum.

6 Nónne de peccatis oblitis, libens confitereris, ſi in mentem venirent? ℟. Confiterer.

7 Nónne deſideras cor tuum à Deo illuminari, vt oblita peccata in memoriam reuoces, & de iis confitearis? ℟. Deſidero.

8 Nónne ex animo omnibus parcis, qui tibi quoquo modo fuerunt moleſti? ℟. Parco.

9 Nónne omnibus veteribus inimicitiis, ex tuo expunctis animo, cum inimicis paratus es in gratiam redire? ℟. Sum paratus.

10 Nónne ab iis veniam poſtulas, quos aliquando dictis aut factis offendiſti? ℟. Poſtulo.

11 Nónne vis omnia per te ablata reſtitui? ℟. Volo.

12 Nónne omnem quem pateris dolorem, propter Deum æquo animo toleras? ℟. Tolero.

Orationes breues in morte dicendæ.

SVſcipe me Domine ſecundùm eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea, & quæ eſt expectatio mea, nónne Dominus?

Ne proiicias me Domine in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Delicta

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.

Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo.

Domine Iesu suscipe spiritum meum.

Iesu bone, misericordiarum pater, & Deus totius consolationis, misericordiam fac mihi pauperculæ creaturæ tuæ.

Deus refugium & virtus, adiuua me in hac extrema necessitate, succurre animæ egenti & desolatæ, vt non à canibus infernalibus deuoretur.

Dulcissime Domine Iesu Christe, ob honorem & virtutem tuæ benedictæ passionis, iube me adscribi in numerum electorum tuorum.

Domine Iesu Christe, fili Dei viui, pone passionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum & animam meam.

Creator & Redēptor meus Iesu Christe, totū me tibi dedo, nō me renuas: ad te venio, non me repellas.

Nunc Dñe secundùm voluntatē tuam fac mecum misericordiā, & præcipe in pace recipi spiritū meum.

Sonet in mentis meæ auribus vox illa dulcis, Hodie mecum eris in paradiso.

In manus tuas Dñe commendo spiritum meum.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c.

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.

Deinde salutet Virginem Deiparam, dicens: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ: tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Angelos deinde precibus inuitet, dicens: Spiritus cælorum, Angeli beatissimi, assistite, quæso, mihi migranti ex hoc sæculo, & potenter eripite me ab immundorum spirituum insidiis, & animam meam in vestrum consortium assumite: Tu præcipuè Angele bone, custos meus.

Postremò Sanctos & Sanctas, quos singulari obseruantia coluit, precibus ad auxilium suum inuitet, dicens: O gloriosissime sancte N. [vel sancta N.] in te spem & confidentiam, mihi apud Deum patrocinandi, dum viuerem collocaui; nunc maximè (si vmquam aliàs) tuo est mihi opus auxilio: succurre igitur, & in adiutorium meum intende, in hoc extremæ necessitatis articulo, ora Saluatorem, qui non vult mortem peccatoris, vt tempestiuum iam exitum non differat, sed custodiat: tuis cura munire suffragiis calcaneum nudum meritis; vt is qui insidiatur, inuenire non possit vnde figat dentem, & vulnus infligat.

Cùm ægrotus animam aget, Sacerdos ante exhalationem animæ, Litanias sequentes cum adiunctis precationibus recitet.

Exprimatur nomen diui quo appellatur ægrotus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta Maria, Ora pro eo. [ea.]
Omnes sancti Angeli & Archangeli, orate pro eo. [ea.]
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus iustorum, orate.
Sancte Abraham, ora.

San-

Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sācti & Sāctæ Dei, Intercedite pro eo. [ea.]
Propitius eſto, Parce ei Domine.
Propitius eſto, Libera eum [eam] Domine.
Ab ira tua, libera.
A mala morte, libera.
A periculo mortis, libera.
A pœnis inferni, libera.
Ab omni malo, libera.

A potestate diaboli, libera.
Per natiuitatem tuam, libera eum [eam] Domine.
Per crucem & passionem tuam, libera.
Per mortem & sepulturam tuam, libera.
Per gloriosam resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera.
Per gratiam Spiritus sancti Paracliti, libera.
In die iudicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt ei parcas, te rogamus audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Deinde cùm in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur sequentes Orationes:

PRoficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creauit: in nomine Iesu Christi filij Dei viui, qui pro te passus est: in nomine Spiritus sancti qui in te effusus est: in nomine Angelorum & Archangelorum: in nomine Thronorum & Dominationum: in nomine Principatuum & Potestatum: in nomine Cherubim & Seraphim: in nomine Patriarcharum & Prophetarum: in nomine sanctorum Apostolorum & Euangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum & Confessorum: in nomine sanctorum Monachorum & Eremitarum: in nomine sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua sit in sancta Sion. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio.

DEus miſericors, Deus clemens, Deus qui ſecũdùm multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum [hanc famulam tuam] N. & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renoua in eo, [ea,] piiſſime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum eſt: & vnitati corporis Eccleſiæ membrum redemptionis annecte. Miſerere Domine gemituum, miſerere lacrymarum eius: & non habentem fiduciam, niſi in tua miſericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

COmmendo te omnipotentĩ Deo, chariſſime frater, & ei, cuius es creatura, committo: vt cùm humanitatis debitum morte interueniente perſolueris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore ſplendidus Angelorum cœtus occurrat: iudex Apoſtolorum tibi ſenatus aduениat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet: liliata rutilantium te Confeſſorum turba circumdet: iubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatę quietis in ſinum Patriarcharum te complexus aſtringat: mitis atque feſtiuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat, qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter in-

tereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cum ſatellitibus ſuis: in aduentu tuo te comitantibus Angelis contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei: & iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur igitur & erubeſcant omnes tartareæ legiones, & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui intra paradiſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oues ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat; atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præſens ſemper aſſiſtens manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oratio.

SVſcipe Domine ſeruum tuum [ancillam tuam] in locum ſperandæ ſibi ſaluationis à miſericordia tua. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui [ancillæ tuæ]

ex

ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Enoch & Eliam de communi morte mundi. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Noë de diluuio. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Abrahã de Vr Chaldęorum. ℟. Amẽ.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Iob de passionibus suis. ℟. Amen.

Libera Domine animam famuli tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Isaac de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. ℟. Amen.

Libera Dñe animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Lot de Sodomis, & de flãma ignis. ℟. Amẽ.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Susannam de falso crimine. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, [ancillæ tuæ,] sicut liberasti Petrum & Paulum de carceribus. ℟. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam virginem & Martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam serui tui, [ancillæ tuæ,] & tecũ facias in bonis congaudere cælestibus. ℟. Amen.

Oratio.

COmmendamus tibi Domine, animam famuli tui, [famulæ tuæ,] N. precamurque te Domine Iesu Christe, Saluator mundi, vt propter quam ad terram misericorditer descẽdisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non ex Diis alienis creatam, sed à te solo Deo viuo & vero: quia non est alius Deus præter te, & non est secundùm opera tua. Lætifica Domine animam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas suscitauit furor siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum non negauit, sed credidit; & zelum Dei in se habuit, & Deum qui fecit omnia, fideliter adorauit. ℟. Amen.

Oratio.

DElicta iuuentutis, & ignorantias eius, quæsumus, ne memineris Domine: sed secundùm magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur ei Angeli. In regnum tuum Domine seruum tuum [ancillam tuam] suscipe. Suscipiat eum [eam] san-

ctis

ctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cæleſtis meruit principatum. Veniant illi obuiam ſancti Angeli Dei, & perducant eum [eam] in ciuitatem cæleſtem Ieruſalem. Suſcipiat eum [eam] beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claues regni cæleſtis traditæ ſunt. Adiuuet eum [eam] ſanctus Paulus Apoſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo [ea] ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo [ea] omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi. Intercedant pro eo [ea] omnes Sancti & electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis exutus, [exuta,] peruenire mereatur ad gloriam regni cæleſtis: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto: Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Pſalmi, videlicet,

Pſalmus 117.

CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicat nunc Iſraël quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego despiciam omnes inimicos meos.
Bonum est confidere in Domino: quàm confidere in hominibus.
Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.
Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.
Vox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorũ.
Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.
Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitię, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Dñi, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.
A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.
O Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.
Constituite diem solemnem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
Gloria Patri.

Psalmus 118.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.
Vtinam dirigantur viæ meæ: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.
In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.
In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas.
In labiis meis: pronuntiaui omnia iudicia oris tui.
In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.
In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.
Gloria Patri.
Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore.

Incre-

Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.
Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundùm verbum tuum.
Vias meas enuntiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimoniis tuis Dñe: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cùm dilatasti cor meum. Gloria Patri.

LEgem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.
Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum.
Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſæculum & in ſæculum ſæculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
Et loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum: & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebar in iuſtificationibus tuis.
Gloria Patri.
MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.
Hæc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.
Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea Domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundùm eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuæ.
Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me. Gloria Patri.

BOnitatem fecisti cum seruo tuo Domine: secundùm verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborũ: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.
Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundùm eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat

F iat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

G loria Patri.

DEfecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui.

D efecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando conſolaberis me?

Q uia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Q uot ſunt dies ſerui tui: quando facies de perſequentibus me iudicium?

N arrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.

O mnia mandata tua veritas: iniquè perſecuti ſunt me, adiuua me.

P aulò minus conſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

S ecundùm miſericordiam tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

I n æternum Domine: verbum tuum permanet in cælo.

I n generationem & generationem veritas tua: fundaſti terram, & permanet.

O rdinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.

N iſi quòd lex tua meditatio mea eſt: tunc fortè periiſſem in humilitate mea.

I n æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.

Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me exſpectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.
Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.
Gloria Patri.

QVomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt.
Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo!
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.
Iuraui, & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundùm verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

A nima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.
P oſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.
H æreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.
I nclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: propter retributionem.
G loria Patri.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.
A diutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.
Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei. S uſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab exſpectatione mea.
A diuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
S preuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
P ræuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi teſtimonia tua.
C onfige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.
F eci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.
S uſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.
O culi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me exſpectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.
Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.
Gloria Patri.

QVomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt.
Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo!
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.
Iuraui, & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundùm verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

A nima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.

P oſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

H æreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.

I nclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: propter retributionem.

G loria Patri.

I Niquos odio habui: & legem tuam dilexi.

A diutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.

Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei. S uſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab exſpectatione mea.

A diuua me, & saluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

S preuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

P ræuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi teſtimonia tua.

C onfige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

F eci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.

S uſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.

O culi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundùm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.
Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideò dilexi mandata tua: super aurum & topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
Gloria Patri.

Mirabilia testimonia tua: ideò scrutata est ea anima mea.
Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me, & miserere mei: secundùm iudicium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me à calumniis hominum: vt custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarnm deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.
Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.
Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.
Gloria Patri.

Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.
Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.
Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi ſecũdùm miſericordiam tuam Domine: & ſecundùm iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt.
Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.
Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia in æternum fundaſti ea.
Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Iudica iudicium meum,& redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
Longè à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.
Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundùm iudicium tuum viuifica me.
Multi qui perſequuntur me,& tribulant me:à teſtimoniis tuis non declinaui.
Vidi prǫuaricantes,& tabeſcebam:quia eloquia tua non cuſtodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.
Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.
Gloria Patri.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.
Iniquitatem odio habui,& abominatus ſum:legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.
Exſpectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.
Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

S eruaui mandata tua,& teſtimonia tua:quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

A ppropinquet deprecatio mea in cõſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

I ntret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me.

E ructabunt labia mea hymnum: cùm docueris me iuſtificationes tuas.

P ronuntiabit lingua mea eloquium tuum:quia omnia mandata tua æquitas.

F iat manus tua,vt ſaluet me:quoniam mandata tua elegi. C oncupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.

V iuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

E rraui ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

G loria Patri.

Poſt exhalatam animam,dicantur ſequentes precationes: ℟. Subuenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suſcipientes animam eius: Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus qui vocauit te,& in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes. ℣. Requiem æternam dona ei Domine,& lux perpetua luceat ei. Offerentes. K yrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Poſtea, Pater noſter. *ſecretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui [famulæ tuæ] N. vt defunctus [defuncta] ſæculo tibi viuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos dicit: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. In memoria æterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine. ℟. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

SVſcipe Domine animã famuli tui, [famulę tuę,] quam de ergaſtulo huius ſæculi vocare dignatus es: libera eam de locis pœnarum: quietis, ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter Sanctos, & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. ℟. Amen.

# RITVS AC FORMA SOLEMNITER CELEBRANDI SPONSALIA.



Atrimonij Sacramentum iuſtas ob cauſas ex Eccleſiæ conſuetudine, præcedere debent ſponſalia. Ea celebraturus Sacerdos, ſtola, ſeu ornamento officij indutus, & in Eccleſia, cœmeterio, aut alio publico ſeu honeſto loco, minimè verò in cauponis conſtitutus, videat num deſponſandi ſobrij ſint, ac animo benè deliberato, & an adſint vtriuſq. partis parentes, aut alij eorum nomine, ſine quibus teme rè procedere non debet. Inquirat etiam, an contracturi Catholici ſint, ſcientes noſtræ fidei rudimenta, & an confirmati ſint: & an ſciant non intereſſe aliquod impedimentum canonicum. In quem finem explicet eis (ſi opus fuerit) quæ ſint canonica impedimenta. Deinde certior de prædictis factus (deſcriptis priùs in libro nominibus eorum ac teſtium, loco item, ac tempore) compellabit primùm futurum ſponſum, ex nomine & cognomine, eum interrogans N. N. Veniſti huc tua libera voluntate, à nullo coactus, nec vlli alij alligatus, vt promittas te ducturum in legittimam vxorem N. quam hîc manu tenes? Quo affirmatiuè reſpondente, ſub eadem verborum forma, rogabit futuram ſponſam: qua idem reſpondente, verecundè apprehenſis dextris vtriuſque, eas coniunget, & dicet ſponſo, vt poſt ſe dicat ſequentia Ego in præſentia aſtantium promitto me daturum

Conc. Elibertinum cap. 16.

fidem meam tibi N. quam hîc manu teneo, & te ducturum in legittimam vxorem meam, si non obstiterit aliquod canonicum impedimentum.

Ick N. inde teghenwoordigheydt van dese ghetuyghen belove mijn trouwe te gheuen v N. die ick hier houde met der handt / ende v te nemen voor mijn wettighe huys-vrouwe / ist dat het onse moeder de heylighe kercke ghedooght.

Forma sponsalium Gallicè.

Je N. en presence de ces tesmoings prometz donner ma foy de mariage à vous N. que ie tiens icy par la main, & vous prendre pour ma seale espouse, si nostre mere la saincte Eglise le permect.

Idem similibus verbis exiget à futura sponsa: qua promissione sic mutuò facta, subiunget Sacerdos: Et ego tamquam minister Ecclesiæ Dei, eius nomine, hanc vestram mutuam promissionem accepto, & approbo. Vos seriò admonens, & requirens, vt infrà quadraginta dies procedatis ad Matrimonium iam promissum, legittimè in facie Ecclesiæ inter vos contrahendum: Et ne antea, sub eodem tecto simul habitetis, aut carnale commercium mutuò habeatis.

Deinde Sacerdos nouis sponsis precetur prosperum successum, ac dimittat eos in pace, admoneatque eos, vt triduo ante solemnizationem, sua peccata confiteantur, & se ad sumptionem S. Eucharistiæ præparent: quò cum maiore gratia, matrimonium iam promissum cõtrahant.

Synod. Mech. de spõs. & matr. cap. 3. Si desponsi diuersarum sint Parochiarum, tunc Pastor sponsæ (coram quo sponsalia iniri consueuerunt) scribet Pastori alterius Parochiæ, huiusmodi sponsalia à se cele-

brata eſſe: eum requirendo, vt vnà ſecum proclamationes deſponſorum, legittimè faciat: quibus ſic hinc inde factis, Parochus ille, qui Matrimonium non celebrabit, ſcribet alteri Parocho, ſe proclamationes requiſitas feciſſe: ac ſi nullum impedimentum ſit inſinuatum, aut à ſe cognitúm, hoc ipſum etiam teſtabitur: Nec non & illud, quòd ſponſus ſit Catholicus, qui facta confeſſione peccatorum ſuorum, ac ſacra communione ſuſcepta, ad Matrimonij gratiam ſe preparauerit. Si verò deſponſi ſint diuerſorum Epiſcopatuum aut Decanatuum, corroborandæ erunt literæ Parochi illius, qui Matrimonium non ſolemnizabit, Epiſcopi aut Decani Chriſtianitatis teſtimonio.

## Canones adminiſtrationis Sacramenti Matrimonij.

1 *ANtequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus feſtiuis, hoc eſt, qui ex præcepto Eccleſiæ obſeruantur in Eccleſia, intra Miſſarum ſolemnia, aut in concione antemeridiana publicè denuntietur, inter quos Matrimonium ſit contrahendum: quibus denuntiationibus factis, ſi nullum legittimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonij, in facie Eccleſiæ procedatur.* Concil. Tridét. ſeſſ. 24. de refor. Matrimonij, cap. 1.

2 *Eſt autem proprius Parochus qui adeſſe debet, is in cuius Parochia, Matrimonium celebratur, ſiue viri, ſiue fœminæ.* Cógregatio Concil Trident. ſub Pio V. & ſub Gregor. XIII.

3 *Irritum eſt Matrimonium, quod contrahitur aliter*

Eadem sess. &c. *quàm præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, aut Ordinarij licentia, & duobus aut tribus testibus.*

Ibidem. *4 Benedictio nuptiarum à proprio Parocho fieri debet, vel ab alio Sacerdote, de ipsius Parochi aut Ordinarij licentia.*

*5 A Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphaniæ: & à Feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiuè, solemnitates nuptiarum prohibentur: aliis temporibus permittuntur.*

Eadem sess. c. 2. *6 Spiritualis cognatio tantùm contrahitur ex baptismo inter patrinos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem. Ea verò cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem patrinum & confirmatum, illiúsque patrem ac matrem, non egreditur.*

Eadem sess. c. 3. *7 Nullum est impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vbi sponsalia quacumque ratione valida non erunt: vbi autem valida fuerint, primum gradum nō excedit.*

Eadem sess. c. 4. & declaratio Pij V. *8 Impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, ad eos tantùm qui primo & secundo gradu coniunguntur, se extendit.*

Eadem sess. c. 6. *9 Nullum potest consistere matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.*

Eadem sess. c. 7. *10 Matrimoniis eorum qui vagantur, & incertas habent*

*bent sedes, Parochi interesse non debent, nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint: & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam faciendi obtinuerint.*

*11 Hortandi sunt Coniuges, vt antequam cõtrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem, sua peccata confiteantur, & ad sanctißimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant.* Eadem sess. c.

*12 Habeat Parochus librum, in quo Coniugum & testium nomina, diemq́; & locum contracti Matrimonij, scribat: quẽ diligenter apud se custodiat. Quòd si Sacerdos alius Parochi loco interfuerit, tum eius nomen, tum illius cuius facultate factum est, scribãtur in eodẽ libro.* Eadem sess. ca

*13 Non consentiant Parochi, vt illi qui in ætate legittima constituti sponsalia cõtraxerunt, se mutuò ab eiusmodi promißione futurarum nuptiarum, propria auctoritate absoluant, sed illos spiritualis curiæ Promotori denuntient: vt causa per Episcopum eiúsve Officialem discussa, si ea secundùm iuris dispositionem legittima sit, ab eiusmodi promißione absoluantur.*

## De ritibus & cæremoniis in celebratione Matrimonij adhibendis.

SAcerdos celebraturus Matrimonium, indutus superpelliceo & stola, celebret matrimonium in Ecclesia tantùm. Post debitam igitur bannorum proclamationem, & præmissa vt minimum, desponsorum confessione, inscriptis quoque illorum in Registro nominibus: cùm iam desponsi, ad eum locum, vbi pro consuetudine

Eadem sess. &c. *quàm præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, aut Ordinarij licentia, & duobus aut tribus testibus.*

Ibidem. *4 Benedictio nuptiarum à proprio Parocho fieri debet, vel ab alio Sacerdote, de ipsius Parochi aut Ordinarij licentia.*

*5 A Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphaniæ: & à Feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiuè, solemnitates nuptiarum prohibentur: aliis temporibus permittuntur.*

Eadem sess. c. 2. *6 Spiritualis cognatio tantùm contrahitur ex baptismo inter patrinos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatíque patrem ac matrem. Ea verò cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem patrinum & confirmatum, illiúsque patrem ac matrem, non egreditur.*

Eadem sess. c. 3. *7 Nullum est impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vbi sponsalia quacumque ratione valida non erunt: vbi autem valida fuerint, primum gradum nõ excedit.*

Eadem sess. c. 4. & declaratio Pij V. *8 Impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, ad eos tantùm qui primo & secundo gradu coniunguntur, se extendit.*

Eadem sess. c. 6. *9 Nullum potest consistere matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.*

Eadem sess. c. 7. *10 Matrimoniis eorum qui vagantur, & incertas habent*

*bent ſedes, Parochi intereſſe non debent, niſi priùs diligentem inquiſitionem fecerint: & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam faciendi obtinuerint.*

*11 Hortandi ſunt Coniuges, vt antequam cõtrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem, ſua peccata confiteantur, & ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant.* Eadem ſeſſ. c. 1.

*12 Habeat Parochus librum, in quo Coniugum & teſtium nomina, diemq́; & locum contracti Matrimonij, ſcribat: quẽ diligenter apud ſe cuſtodiat. Quòd ſi Sacerdos alius Parochi loco interfuerit, tum eius nomen, tum illius cuius facultate factum eſt, ſcribãtur in eodẽ libro.* Eadem ſeſſ. ca 1

*13 Non conſentiant Parochi, vt illi qui in ætate legittima conſtituti ſponſalia cõtraxerunt, ſe mutuò ab eiuſmodi promiſsione futurarum nuptiarum, propria auctoritate abſoluant, ſed illos ſpiritualis curiæ Promotori denuntient: vt cauſa per Epiſcopum eiúſve Officialem diſcuſſa, ſi ea ſecundùm iuris diſpoſitionem legittima ſit, ab eiuſmodi promiſsione abſoluantur.*

De ritibus & cæremoniis in celebratione Matrimonij adhibendis.

SAcerdos celebraturus Matrimonium, indutus ſuperpelliceo & ſtola, celebret matrimonium in Eccleſia tantùm. Poſt debitam igitur bannorum proclamationem, & præmiſſa vt minimum, deſponſorum confeſſione, inſcriptis quoque illorum in Regiſtro nominibus: cùm iam deſponſi, ad eum locum, vbi pro conſuetudine

Sacramentum hoc celebrari ſolet, peruenerint: ſtante viro ad dextram, muliere verò ad ſiniſtram, Sacerdos huius Sacramenti miniſter, ſponſum & ſponſam aſpergat aqua benedicta, cum hac precatiuncula: Aſpergat vos Deus rore gratiæ ſuæ in vitam æternam. Et ſi ſponſus alterius Parochiæ ſit, ab eo petat atteſtationem ſui Paſtoris de proclamationibus, confeſſione, &c. legittimè factis: & cognito nullum impedimentum Canonicum inter eos eſſe, ob quod ad contrahendum admitti nequeant; interroget Sacerdos coram aſtantibus vtriuſque nomina cum cognominibus, dicendo: Quomodo appellamini? Talis autem ſit modus interrogandi, vt ſponſus intelligat ſibi primò reſpondendum: N. N. Quorum nominibus ac cognominibus clarè ab vtroque prolatis, rurſus Sacramenti miniſter interroget aſtantem ſponſum: N. N. Veniſti ne huc libera tua voluntate, & à nullo coactus, ad contrahendum Matrimonium cum N. N. hîc coram ſtante? Quo id liberè affirmante, rogabit ſimiliter ſponſam: N. N. Veniſti ne huc libera tua voluntate, & à nullo coacta, ad contrahendum Matrimonium cum N. N. hîc præſente? Eaque ſimiliter reſpondente, dicat: ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Synod. Mech. titul. de ſponſ. & mar. c. 3. 4. & 5.

Synod. Mech. cap. 2. de ſponſ. & matr.

Deinde Sacerdos coniunctis dextris amborum, & ſtola inuolutis, cum ſigno Crucis, inuocata ſancta Trinitate, dicat: In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti, inchoëtur myſterium.

Deinde

Deinde vultu conuerso ad vtrumque, explicet eis quanta sit huius vinculi quo se mutuò obstringere volunt obligatio: vt neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem, neque nobiliorem, neque ob vllum defectum, vinculum hoc dissolui possit. Quo facto, admonebit sponsum, vt secum intelligibiliter & perfectè pronuntiet sequentia:

**Jck N. gheue u N. die ick hier met der handt hebbe / mijn kerstelijcke trouwe / ende neme u voor mijn wettelijcke huysvrouwe / voor Godt ende sijne heylighe kercke.**

Deinde ad sponsam conuersus dicat cum ea:

**Jck N. gheue u N. die ick hier met der handt hebbe / mijn kerstelijcke trouwe / ende neme u voor mijnen wettighen man / voor Godt ende sijne heylighe kercke.**

Forma dandi fidem Matrimonij Gallicè. Pro sponso.

**Je N. donne ma foy de mariage à vous N. que ie tiens par sa main, & ie vous prens pour ma leale espouse deuant Dieu & sa saincte Eglise.**

Pro sponsa.

**Je N. donne ma foy de mariage à vous N. que ie tiens par sa main, & ie vous prens pour moy leal espoux, deuant Dieu & sa saincte Eglise.**

Data sic vtrimque fide, dicat Sacerdos: Et ego tamquam Dei minister, vos in matrimonium coniungo: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Tunc reuoluta stola à manibus eorum, rogabit num annulus paratus sit sponsæ: qui si præsto sit, quærat num antea fuerit benedictus: si dicatur quòd non, tunc benedicat Sacerdos annulum hoc modo: Dn̄s vobiscum, &c.

O re-

Oremus.

CReator & conſeruator humani generis, dator gratiæ ſpiritalis, largitor æternæ ſalutis, tu Domine mitte benedictionem tuam ✠ ſuper hunc annulum, vt quę illum geſtauerit, ſit armata virtute cęleſtis defenſionis: & proficiat illi ad æternã ſalutem. Per Christum Dominum noſtrum. Oremus.

BEne ✠ dic Domine hunc annulum, quem nos in tuo ſancto nomine benedicimus; vt quæcumque eum portauerit, in tua pace conſiſtat: & in tua voluntate permaneat, & in tuo amore viuat & creſcat, & ſeneſcat, & multiplicetur in longitudinem dierum. Per Dominum noſtrum, &c.

Tunc Sacerdos aſpergat illum aqua benedicta, & inſerat illum digito annulari dextrę manus Sponſæ, aut alij, ſecundùm morem loci, dicendo: **Accipe annulum fidei matrimonialis, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis; vt illum portans, ſis armata virtute cæleſtis defenſionis, & proficiat tibi ad ſalutem æternam.**

Defecũdis nupt c. Vir. & D. Tho. 4. d. 42. q. vlt. art. 2. 30. q. 5. c. aliter.

Deinde ſponſus decenter ad altare procedet, quò ſponſa contingens fimbriam ſtolę Paſtoris ſequetur, ibidemq; (priùs à ſponſo, & deinde à ſponſa oſculata imagine crucifixi Canoni Miſſæ præfixa) ſi ſint primæ nuptiæ ſponſæ, flexis genibus deuota cum gratiarum actione ſuſcipient benedictionem Sacerdotalem, Parocho dicente:

Benedictionis forma.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui primos noſtros parentes coniunxit in Paradiſo: ille

vos

vos in Chriſto bene✠dicat. Atque in ſocietate ſancta viuentes, creſcere faciat in ſobolem incolumem. Per eumdem Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Alia benedictio.

DOmine Deus omnipotens, qui coniugalem coniunctionem in Chriſto & Eccleſia magnum eſſe Sacramentum voluiſti: bene✠dicere digneris adoleſcentes iſtos coniuges tuos: & ſemina ſemen vitæ æternæ in mentibus eorum; vt quicquid pro vtilitate ſua facere didicerunt, hoc facere cupiant. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum.

Deinde ſubiungat Pſalmum 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abũdans: in lateribus domus tuę.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ: in circuitu mẽſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorũ tuorum: pacem ſuper Iſrael.

Gloria Patri.

Vel ſi non ſit ſpes prolis, dicat Pſalmum 124.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.

Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac Domine bonis: & rectis corde.
Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israël.
Gloria Patri.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster.

Tunc moneat Sacerdos desponsos, & circumadstantes, vt secum legant orationem Dominicam, deprecaturi Dominum pro felici successu Matrimonij, inter præsentes nunc contracti.

Oratione finita, ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluos fac fideles tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Exaudiat vos Dominus in die tribulationis. ℟. Protegat vos nomen Dei Iacob. ℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

RESpice Domine super hanc coniunctionem, & sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaëlem ad Tobiam & Saram, ita mittere digneris gratiam tuam super coniuges istos, vt in voluntate tua permaneant, in tua securitate consistant, in tuo amore, & mutua concordia viuant, & senescant, atque multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primos noſtros parentes bona ſocietate copulaſti: bene✠dic, & ſancti✠fica hos adoleſcentulos, & ſemina in eis ſemen vitæ æternæ: corda eorum tui ſancti Spiritus mundes infuſione, & ſinceri amoris copules nexu perpetuo. Angelo pacis comitante à mortifera dæmonum infeſtatione eos cuſtodias, & omnes mentis & corporis aduerſitates ab eis repellas: vt munimine tuo protecti, & te donante, deuotè laudent nomen ſanctum tuum, quod eſt benedictum in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Bene✠dicat vos Deus, & cuſto✠diat vos Ieſus Chriſtus: oſtendat faciem ſuam in vobis, & miſereatur veſtri. ℟. Amen.

Detque vobis ſuæ dilectionis dulcedinem, & ſæculi præſentis felicitate lætari. ℟. Amen.

Collato etiam gaudio filiorum, poſt huius peregrinationis decurſum conferat vobis habitaculum cæleſtium manſionum. Qui viuit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Bene✠dictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos & maneat ſemper. ℟. Amen.

Poſtremò aqua benedicta nouos coniuges aſpergat, dicens: Aſpergat vos Deus rore gratiæ ſuæ, in vitam æternam. Amen.

Quia verò Matrimonium quod conciliat Eccleſia, ipſa confirmat oblatio ſacra: his peractis, noui coniuges ho- Tertull. lib. 2. ad vxoré.

nestiori loco collocati, audiunt Missam, orantes Deum pro Matrimonij iam initi prospero successu. Missa autem de nuptiis, dicitur, vt habetur in Missali Romano, cuius Introitus est: **Deus Israel coniungat vos.** cum ceteris adiunctis. Si tunc fuerit Dominica, vel aliud festum solemne, dicatur Missa de Dominica, vel festo cum, **Gloria in excelsis.** &, **Credo.** si illa Missa id requirit, & cum commemoratione Missæ de nuptiis, additis etiam Orationibus, **Propitiare.** &, **Deus qui potestate.** cum ceteris ad nuptias pertinentibus. Minister celebrantis osculum pacis à sacrificante acceptum, deferet primùm Sponso, deinde Sponsæ: (qui cum gratiarum actione, ac mutuæ charitatis desiderio illud accipient in signum charitatis, ac perpetuæ pacis Christi cum Sponsa sua Ecclesiâ) & postea ordinatè ceteris in honorem nuptiarum præsentibus. In fine Missæ dicto, **Benedicamus Domino,** vel, si Missæ illius diei conueniat, **Ite Missa est,** antequam Sacerdos populo benedicat, adducentur Sponsus & Sponsa (si vtriusque sint primæ nuptiæ) aut alter, secundùm laudabilem loci consuetudinem qualificatus, ad altare. ad quos conuersus Sacerdos, dicet: **Oremus. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob sit vobiscum, & ipse adimpleat bene✠dictionem suam in vobis, vt videatis filios filiorum vestrorum, vsque ad tertiam & quartam generationem, & postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante Domino nostro Iesu Christo: Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, Per omnia sæcula sæculorum.**

℟. **Amen.**

Post

Poſt hæc moneat eos Sacerdos ſermone graui, vt ſibi inuicem ſeruent fidem: orationis tempore, & præſertim diebus ieiuniorum, ac ſolemnitatum, caſti maneant: & vir vxorem, atque vxor virum diligat, & in timore Dei permaneant. Poſtea eos aſpergat aqua benedicta, & dicto, **Placeat tibi ſancta Trinitas,** det benedictionem. Deinde dicto ℣. **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo.** ex propoſito ſibi à Cuſtode Miſſali legit ſuper eos Euangelium S. Ioannis, **In principio erat Verbum,** &c. reuerenter admodum & grauiter (cùm eò ventum erit) pronuntians verba illa Matrimonij ſacroſancta myſteria continentia. **Et Verbum caro factum eſt,** &c. Lectum Euangelium Crucis impreſſione ſignatum, exhibebit Sacerdos primùm Sponſo, deinde Sponſæ exoſculandum. Miniſter verò ad finem Euangelij reſpondet ſecundùm præſcriptum recogniti Miſſalis, **Deo gratias.**

### *Admonitio de Matrimonio.*

MAtrimonium (fratres) contrahitis, conſeruationi humani generis neceſſarium. Singulis (niſi quid prohibeat) conceſſum, à Deo in paradiſo inſtitutum, Chriſti redemptoris noſtri præſentia ſanctificatum, vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ: ſignificatione magnum, virtute, dignitateque non exiguum. Puris conſcientiis contrahentibus, gratiam confert, qua ſuperent omnes difficultates, quibus per totam vitam coniugati obnoxij ſunt, impleant Chriſtianorum coniugum officium, & partes. Finis ergo ad quem actiones veſtræ referendæ ſunt, eſt à vobis diligenter cõſiderandus. Procreandę

primùm ſobolis cauſa, hoc Sacramentum inſtitutum eſt, non tam vt bonorum quàm fidei, religionis & virtutum hæredes relinquatis, curandum. Deinde ad ſubleuandum alterna ope, vitæ incommoda, ſenectutis imbecillitatem. Sic igitur vitam inſtituite, vt ſolatio inter vos ſitis, moleſtiæ occaſiones omnes præſcindantur. Nuptiæ demum conceſſæ ſunt vt propter fornicationem vitandam, vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque virum ſuum: quod vt eſt humanæ imbecillitati condonatum; ita cauendum, ne ex ſancto coniugio voluptatem tantùm expetatis, neque ſinatis eam extra coniugij fines vagari: quod fides inter coniuges data poſtulat, nam inito coniugio (vt Apoſtolus ait) neque vir neque femina ſui corporis poteſtatem habet, grauiſſimaque proinde ſupplicia, & olim adulteri dabant, & nunc dabunt Deo Sacramentorum ſanctitatis vindici. Poſtulat Sacramenti dignitas, quod Chriſti & Eccleſiæ coniunctionem ſignificat, vt vos inuicem ametis, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, vxori (tu ſponſe) compatiere, tamquam infirmiori vaſculo: ſociam dabimus, nō famulam. Sic enim Adamus Euam de ipſius latere, huius rei argumento formatam, ſociam vocauit: familiæ ſuſtentandæ cauſa, aliqua re honeſta occupabere, rei familiaris conſeruandæ ſtudio, ſimul & otij vitandi, vnde omnia mala fluxerunt. Marito (tu ſponſa) ſubiecta eris in omnibus: ornatum corporis nimium contemnes, præ virtutum pulchritudine: rem domeſticam diligēter

conſer-

conseruabis, domi te continebis, nisi necessitas cogat exire, idque viri permissu. Esto velut hortus conclusus, & fons signatus, pudicitiæ laude. Neminem secundùm Deum, neque magis amare, neque pluris facere debet, quàm coniugem coniux. Quocirca omnibus in rebus, quæ pietati non aduersantur, morem inter vos gerite, femina obtemperet, obsequatur. Vir sæpè pacis studio, de imperandi nonnihil remittat potestate. Atque illud in primis cogitate, de vestra, filiorum, ac totius familiæ vita, Deo reddendam esse rationem. Domesticis ergo instituendis in timore Dei, diligentem curam impendite. Sancti estote vos & domus vestra vniuersa: quoniam sanctus est Dominus Deus noster. Ipse numerosa prole vos augeat, & post huius vitæ cursum, æternam felicitatem concedat. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## DE SECVNDIS NVPTIIS.

SEcundæ nuptiæ non sunt benedicendæ: illę verò censentur secundæ (vt non benedicãtur) quæ sunt secundæ ex parte feminæ, quamuis sint primæ ex parte viri. Nec refert an ipsa vidua secundò nubẽs sit virgo, vel non, sed an sit semel benedicta: vnde quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est; cùm postea iterùm nubit, benedicenda est: & quæ semel est benedicta, non est iterùm benedicenda. Peracta verò Missa, dici potest super illos genuflexos sequens Oratio.

O re-

Oremus.

RESpice, Domine, super hanc coniunctionem tuam: vt sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaëlem pacificum Tobiæ & Saræ filiæ Raguelis: ita digneris Domine, mittere auxilium tuum super hos famulos tuos, vt in tua voluntate permaneant, & in amore tuo viuant & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum, &c.

Tob. 6. & 7.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas ✠ Dei, & communicatio Spiritus sancti, sit semper vobiscum. Amen.

Et dicta ad eos exhortatione, aspergat eos aqua benedicta, & dicat: Ite in pace.

## BENEDICTIO MVLIERIS prægnantis, de cuius periculo dubitatur.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælũ & terram. ℣. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto illi Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ

Trini-

Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, hæc famula tua ab omnibus ſemper muniatur aduerſis. Per Dominum noſtrum.

Oremus.

DOmine Deus omnium creator, fortis & terribilis, iuſtus atque miſericors, qui ſolus bonus & pius es: qui de omni malo liberas Iſrael, qui feciſti patres electos quoſlibet, & ſanctificaſti eos munere Spiritus tui: qui glorioſæ virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti: qui Ioannem Baptiſtam Spiritu ſancto repleri, & in vtero matris exultare feciſti: accipe ſacrificium cordis contriti, ac feruens deſiderium famulæ tuæ N. humiliter ſupplicantis pro conſeruatione prolis debilis quam ei dediſti concipere, & cuſtodi partem tuam, & defende ab omni dolo, & iniuria duri hoſtis, vt obſtetricante manu miſericordiæ tuæ, fœtus eius, ad hanc lucem veniat incolumis, ac ſanctæ regenerationi ſeruetur: tibiq́ue in omnibus iugiter deſeruiat, & vitam conſequi mereatur æternam. Per eumdem Dominum noſtrum, &c.

Poſtea aſpergatur aqua benedicta, dicẽdo Pſalmum 66.

Deus miſereatur noſtri, &c. ℣. Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu. ℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula. ℣. Angelis ſuis Deus mandet de te. ℟. Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et

clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Visita, quæsumus Domine, cunctam habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea, & à præsenti famula tua longè repelle, & Angeli tui sancti habitent in ea, qui eam & eius prolem in pace custodiant: & bene ✠ dictio tua sit super eam semper: salua eos omnipotens Deus, & lucem eis tuam concede perpetuam. Per Dominum. ℟. Amen. Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat & sit super te, & super prolem tuam, & maneat semper. ℟. Amen.

## DE BENEDICTIONE signi vel campanæ.



Signum, vel campana benedicenda, debet benedici antequam ponatur in campanili, hoc ordine: Debet inprimis campana ipsa ita suspendi & situari, vt commodè possit intùs & extrà tangi, tractari & circuiri. Deinde prope ipsam campanam benedicendam, paratur consecranti faldistorium, seu sedes ornata, vas aquæ benedicendæ, dispersorium, vas cum sale, lintea munda ad extergendam campanam quando opus erit, vas olei sancti infirmorum, sanctum chrisma, thymiama, thus, myrrha, & thuribulum cum igne. Diaconus etiam accipit amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam & dalmaticam albi coloris: quibus ordinatis cõsecrans in sacristia, aut alio conuenienti loco, paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albi coloris,

venit

venit prope campanam, vbi ſedẽs ſuper faldiſtorium ibidem ſibi paratum, dicit cum miniſtris Pſalmos ſequẽtes:

Pſalmus 50.

MIſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

D ocebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
L ibera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
D omine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
Q uoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.
S acrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.
B enignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.
T unc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
G loria Patri.

Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.
D eus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Q uoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
E cce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.
A uerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.
V oluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria Patri. Psalmus 56.
MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.
Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super cælos Deus: & in omni terra gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.
Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper cælos Deus: & ſuper omnem terram gloria tua.

Gloria Patri, &c. Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri. Pſalmus 69.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

A diu-

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris. Gloria Patri.

Psalmus 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine: & non est secundùm opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu Domine Deus miſerator & miſericors: patiens, & multæ miſericordiæ, & verax.
Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.
Gloria Patri.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri, &c.

Tum ſurgit conſecrans, & ſtans, benedicit ſal & aquam, dicens:

EXorcizo te, creatura ſalis, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum: per Deum qui te per Eliſæum Prophetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium: & ſis omnibus ſumentibus te ſanitas animæ & corporis: & effugiat atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia & nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde conſecrans, dicit: Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene✠dicere, & ſancti✠ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis: & quidquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omniique impugnatione ſpiritualis nequitiæ. Per Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc extenſa manu dextra ſuper aquam ſtans abſolutè, dicit: Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Pa✠tris omnipotentis, & in nomine Ieſu Chriſti Fi✠lij eius Dñi noſtri, & in virtute ſancti ✠Spi-

ritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde dicit: Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui ad ſalutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens, ad abiiciendos dæmones, morboſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: vt quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſiquid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat; vt ſalubritas per inuocationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Alia Oratio.

BEne ✠ dic Domine hanc aquam benedictione cæleſti, & aſſiſtat ſuper eam virtus Spiritus ſancti, vt cùm hoc vaſculum ad inuitandos filios Eccle-

ſiæ præparatum, in ea fuerit tinctum, vbicumque ſonuerit hoc tintinnabulum, procul recedat virtus inſidiantium, vmbra phantaſmatum, incurſio turbinum, percuſſio fulminum, læſio tonitruorum, calamitas tempeſtatum, omniſq́. ſpiritus procellarum, & cùm clangorem illius audierint filij Chriſtianorum, creſcat in eis deuotionis augmentum, vt feſtinantes ad piæ matris Eccleſiæ gremium, cantent tibi in Eccleſia Sanctorum, canticum nouum in laudes eorum, deferentes in ſono præconium tubæ, modulationem pſalterij, ſuauitatem organi, exultationem tympani, iucunditatem cymbali: quatenus in templo ſancto gloriæ tuæ ſuis obſequiis & precibus inuitare valeant multitudinem exercitus Angelorum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Poſt hæc Conſecrans mittit ſal in aquam, in modum crucis, dicendo ſemel: Commiſtio ſalis & aquæ pariter fiat: In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes &

supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbicumque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

*His peractis, consecrans incipit lauare campanam cum dicta aqua, & ministri prosequuntur lotionem, lauantes eam totaliter, intùs & extrà: deinde eam cum linteo mundo extergunt, consecrante interim sedente, & cum aliis ministris dicente Psalmum.* Psalmus 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.

Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.

Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion: in generationem & generationem.

Gloria Patri.

Pſalmus 146.

LAudate Dominum, quoniã bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Ieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraëlis congregabit.

Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram.

Præcinite Domino in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum: & herbam ſeruituti hominum.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Gloria Patri.

Psalmus 147.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.
Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.
Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.
Gloria Patri, &c.

Psalmus 148.

LAudate Dn̄m de cælis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.

Laudate Dñm de terra: dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomen Dñi: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

Pſalmus 149.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Pſalmus 150.

LAudate Dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.
Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.
Gloria Patri.

*Quibus finitis, ſurgit conſecrans, & cum pollice dextræ manus facit ab extra ſupra campanam de oleo ſancto infirmorum, ſignum ✠ Crucis: quo facto dicit:*

Oremus.

DEus qui per beatum Moyſen, legiferum famulum tuum, tubas argenteas fieri præcepiſti: quas dum Leuitæ tempore ſacrificij clangerent, ſonitu dulcedinis populus monitus, ad te adorandum fieret præparatus, & ad celebranda ſacrificia conueniret, quarum clangore hortatus ad bellum, molimina proſterneret aduerſantium: pręſta, quæſumus,

vt hoc vaſculum ſanctæ tuæ Eccleſiæ præparatum, ſancti ✠ ficetur à Spiritu ſancto, vt per illius tactum fideles inuitentur ad præmium. Et cùm melodia illius auribus inſonuerit populorum, creſcat in eis deuotio fidei: procul pellantur omnes inſidiæ inimici, fragor grādinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum; temperentur infeſta tonitrua; ventorum flamina fiant ſalubriter ac moderatè ſuſpenſa; proſternat aëreas poteſtates dextera tuæ virtutis; & hoc audientes tintinnabulum contremiſcant, & fugiant ante ſanctæ crucis Filij tui in eo depictum vexillum, cui flectitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur, quòd ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, abſorpta morte per patibulum crucis, regnat in gloria Dei Patris, cum eodem Patre, & Spiritu ſancto, Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Conſecrans extergit linteo mundo crucem à ſe factam.

Deinde inchoat ſchola proſequente Antiphonam:




Ox Do mini ſuper aquas mul tas,

De us maieſtatis into nuit: Do minus ſuper

V aquas




Pſalmus 28.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.

Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.

Vox Domini in virtute: vox Dñi in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades.

Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Dominus rex in æternum.

Domi-

**Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.**

**Gloria Patri.**

Deinde repetitur Antiphona. Interim consecrans stans facit cum pollice dextræ manus de Oleo sancto infirmorum septem cruces exteriùs super campanam, & deintus cum Chrismate quatuor, pari distantia, dicens, dum quamlibet crucem facit: **Sancti ✠ ficetur, & consecretur ✠ cretur, Domine, istud signum, In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, in honorem Sancti** N. **Pax tibi.**

Deinde finitis Antiphona & Psal. ac factis crucibus prædictis, consecrans stans dicit: Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui ante arcam fœderis, per clangorem tubarum, muros lapideos, quibus aduersantium cingebatur exercitus, cadere fecisti: tu hoc tintinnabulum cælesti benedictione perfunde; vt ante sonitum eius longiùs effugentur ignita iacula inimici, percussio fulminum, impetus lapidum, læsio tempestatum; vt ad interrogationem Propheticam, Quid est tibi mare quod fugisti? suis motibus cum Iordanica retroacta fluenta respondeant; A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Non ergo nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam, super misericordia tua; vt cùm præsens vasculum sicut reliqua altaris vasa, sacro Chrismate tangitur, Oleo sancto vngitur; quicumque ad sonitum eius conue-

nerint, ab omnibus inimici tentationibus liberi, ſemper fidei Catholicæ documentà ſectentur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c. ℟. Amen.

Tum ſedet conſecrans, & imponit thymiama in thuribulo, thus & myrrham, ſi haberi poſſunt, alioquin quæ ex ipſis habentur: quibus impoſitis, thuribulum ipſum ſupponitur campanæ, ſeu ſigno, vt totum fumum recipiat. Schola interim cantante Antiphonam:

DEus in ſancto vi a tu a: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Pſalm. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: E u o u a e.

Ex Pſalmo 76.

VIderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederũt nubes.

Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: commota eſt, & contremuit terra.

In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu Moysi & Aaron.
Gloria Patri.

Deinde repetitur Antiphona Deus in sancto. vt sup.
Quibus dictis, surgit consecrans, & dicit: Oremus.

Omnipotens dominator Christe, quo secundùm carnis assumptionem dormiente in naui, dum oborta tempestas mare conturbasset, te protinus excitato & imperante dissiluit: tu necessitatibus populi tui benignus succurre; tu hoc tintinnabulum sancti Spiritus rore perfunde, vt ante sonitum illius semper fugiat bonorum inimicus, inuitetur ad fidem populus Christianus, hostilis terreatur exercitus, confortetur in Domino per illud populus tuus conuocatus: ac sicut Dauidica cithara delectatus desuper descendat Spiritus sanctus, atque vt Samuele agnum lactentem mactante, in holocaustum Regis æterni imperij, fragor aurarum turbam repulit aduersantium; ita dum huius vasculi sonitus transit per nubila, Ecclesiæ tuæ conuentum manus conseruet Angelica; fruges credentium, mentes, & corpora saluet protectio sempiterna: Per te Iesu Christe, qui cum Deo Patre viuis, & regnas in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.

Demum Diaconus sacris vestibus albi coloris paratus, dicit: ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Intrauit Iesus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait. Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens dixit illi Dominus. Martha Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea.

Finito Euangelio, Consecrans osculatur librum Euangeliorum per vnum ex ministris sibi porrectum. Tum producit super campanam benedictam signum Crucis, & discedens reuertitur ad locum vbi paramenta accepit, eadem ibi dimissurus.

## CVRA PRO DEFVNCTIS GERENDA.

1 *PRo laudabili & antiqua consuetudine Ecclesiæ, corpus adulti defuncti ante meridiem cum Missa, orationibúsque, & ceremoniis debitis (casu necessitatis excepto) sepeliri conuenit.*

2 *Et exequiæ pro eodem non perfunctoriè aut negligenter, sed piè & deuotè, per Pastorem, defuncti perso-*

*nam*

*nam gerentem, pro cuiusque Ecclesiæ more decenter sunt celebranda.*

3 *Nec exequiarum celebratio vltra sex septimanas à die obitus, nisi iustis de causis, per Ordinarium aut Decanum ruralem approbandis, differri debet.*

4 *Quòd si dictis sex septimanis elapsis hæredes aut consanguinei defuncti, etiam postquam ad hoc à Pastore præmoniti & requisiti fuerint, illas celebrari non curent. Pastoris erit, negligentiam hanc Domino ordinario, eiúsve Promotori denuntiare.*

5 *Sacra sepultura nulli conceditur, qui more Christifidelium se per Sacramentorum susceptionem ad salutarem exitum non præparauerit: illis tamen qui inopinata & subita morte hinc auferuntur, exceptis; quibus sacra sepultura concedenda venit, dummodo eos vitam Catholicis hominibus congruam egisse, & sacrosanctis mysteriis, dum viuerent, in Paschate communicasse constiterit.*

6 *Nullus etiam* [a] *hæreticus, Iudæus, paganus,* [b] *excommunicatus, & publicè denuntiatus, sacra sepultura est cohonestandus: sicut nec manifestus* [c] *fœnerator, nisi aut de perceptis vsuris satisfecerit, aut de iis restituendis sufficientem cautionem, iuxta iuris dispositionem, posuerit. Arcendi sunt etiam à sepultura sacra, iÿ qui sana mente ex intentione seipsos interemerunt, vel qui in duello occubuerunt.*

[a] Extra titul. de hæret. cap. 8.
[b] Extra titul. de consec. Ecclesiæ cap. 7.
[c] Extra titul. de vsur. ca. Quia in 6. tit de. vsur. ca. Quamquam vsur.

7 *Vt procul turpis quæstus species à sacris defuncto-*

*rum suffragiis semoueatur, meminerint Parochi, eius quod in Synodo Mechliniensi constitutum est: Pro exequiis septenariis, tricenariis, aut anniuersariis nihil stipulentur, sed officiis peractis domum se recipiant: aut à recusantibus, & post gratiosam monitionem soluere nolentibus iuridicè exigant, quod ex laudabili consuetudine solui consueuit.*

Titul. de Decanis & c. 11.

## OFFICIVM SEPVLTVRÆ adulti, siue clerici, siue laici.

Cùm corpus defuncti fuerit sepeliendum, Sacerdos superpelliceo & stola indutus, procedit de Ecclesia, præcedente Cruce, & Clero ordinatè ad locum vbi iacet corpus, comitante: & in domo defuncti, seu ante fores, dicat Oremus pro fideli defuncto [ cta. ] Deinde leguntur Psalmi, Miserere. & De profundis. cum Collecta sequente. Suscipe Domine animam famuli tui, [famulæ tuæ, ] quam de ergastulo huius sæculi vocare dignatus es, & libera eum [eam] de principibus tenebrarum, & locis pœnarum; vt absolutus [ta ] omnium vinculo peccatorum, quietis ac lucis æternæ beatitudine fruatur, & inter Sanctos & electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur.

Oremus.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus omnium fidelium defunctorum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam quam semper optauerunt, piis supplicationibus

nibus conſequantur. Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi: qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Deinde aſpergens loculum aqua benedicta, dicit, Requieſcat in pace. ℟. Amen.

His dictis, per perſonas[a] pro cuiuſque loci more ad hoc aſſumptas, effertur funus[b] ſolemnibus orationibus deponendum, ſubſequentibus vicinis & amicis,[c] ad hoc opus miſericordiæ conuocatis, atq. inter ducendum Parochus & alij Officiales, ac miniſtri Eccleſiæ, prætermiſſis ad rem non pertinentibus colloquiis, cantant pro conſuetudine loci Reſponſoria, Subuenite Sācti Dei. &, Libera me Dn̄e. aut ſine cantu legi poſſunt ſeptem Pſalmi pœnitentiales, aut aliqua pars Vigiliarum, pro cuiuſq; ſeria deuotione, cum commemoratione illius dicti in perſona defuncti prolati.[d] Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. Depoſito corpore in Eccleſiæ medio,[e] luminaribus ad pium obitum cohoneſtandum, accenſis, iuxta morem locorum vel dicantur veſperæ defunctorum, Placebo Domino. cum reliquis Antiphonis & Pſalm. cum Matutinis & Laudibus pro cuiuſque loci conſuetudine: vel ſeptē Pſalmi pœnitentiales.

[a] Perpe nitente hoc oli fieri voluit cō. Carth. c. 81.
[b] Victo de perſ. Vanda lib 2.
[c] Ambr cap. 1. lib. de Tob.
[d] Eccleſ 38.
[e] Greg. Nazian orat. 2. in Iulia

## OFFICIVM DEFVNCTORVM.

DIcitur extra tempus Paſchale prima cuiuſque menſis die, non impedita feſto nouem Lectionum, alioquin prima die ſimiliter non impedita. In Aduentu autem & Quadrageſima, Feria ij. cuiuſlibet Hebdomadæ ſimiliter non impe-

dita; præterquam in maiori Hebdomada. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vesperas, & Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum: extra Chorum verò pro opportunitate temporis.

In Vesperis absolutè incipitur ab Antiphona.

PLacebo Domino. Psal. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus: E u o u a e. 3.

Psalmus 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.


O Domine libera animam meam: misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.


Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino: in regione viuorum.
Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.


Sic dicitur in fine omnium Psalmorum.



Aña. Placebo Domino in regio ne vi uorum.



Aña. Hei mihi. Psal. Ad Dominum cùm tribu-



larer clamaui: E u o u a e. 2.

Psalmus 110.


AD Dominum cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?
Sagittæ potētis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

dita; præterquam in maiori Hebdomada. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vesperas, & Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum: extra Chorum verò pro opportunitate temporis.

In Vesperis absolutè incipitur ab Antiphona.



PLacebo Domino. Psal. Dilexi, quoniam



exaudiet Dominus: E u o u a e. 3.

Psalmus 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam: misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.


Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.


Placebo Domino: in regione viuorum.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.


Sic dicitur in fine omnium Pſalmorum.



Aña. Placebo Domino in regio ne vi uorum.



Aña. Hei mihi. Pſal. Ad Dominum cùm tribu-



larer clamaui: E u o u a e. 2.

Pſalmus 110.

AD Dominum cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua doloſa.


Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?

Sagittæ potẽtis acutæ: cum carbonibus deſolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.


Requiem æternam.



Aña. Hei mihi Domine, quia incola tus meus



prolongatus eſt. Aña. Dominus. Pſal. Leuaui



oculos meos in montes: E u o u a e. 8.

Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Dño: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dñs cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſq. in ſæculum. Requiem æternam.

Aña.

Aña. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſto-

diat animam tuam Dominus. Aña. Si iniqui-

tates. Pſal. De profundis clamaui ad te Do-

mine: E u o u a e. 8.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt:& propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem æternam.

Aña. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Aña. Opera. Psal. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: E u o u a e. 2.

Psalmus 137.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.


Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: & alta à longè cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: Domine miſericordia tua in ſæculum, opera manuum tuarũ ne deſpicias.
Requiem æternam.




Aña. Opera manuum tuarum Domine ne de-



ſpicias. ℣. Audiui vocẽ de cælo, dicentem mihi.



℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.



Aña. Om ne. Cant. Magnificat: E u o u a e. 7.


MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſæcula. Requiem æternam.



Aña. Om ne quod dat mihi Pa ter, ad me ve-



niet: & eum qui venit ad me, non eii ciam foras.

Preces infraſcriptæ dicuntur flexis genibus, ſimiliter & ad Laudes. Pater noſter. ſecretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: pſallam Deo meo quamdiu fuero.
Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit

Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius: qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.
Dominus ſoluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit eliſos: Dominus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas, pupillum, & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.
Regnabit Dominus in ſæcula Deus tuus Sion: in generationem & generationem.

Cuius loco ad Laudes dicitur Pſalmus. De profundis. 165. qui Pſalmi non dicuntur in die omnium fidelium Defunctorum. In fine Pſalmi. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus, qui inter Apoſtolicos ſacerdotes, famulos tuos pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ

congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

FIdelium Deus omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

In die verò Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc vltima tantùm Oratio, dicitur: Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia.

In die depositionis Defuncti. Oratio.

ABsolue quæsumus Domine animam famuli tui N. vt defunctus sæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum.

Si fuerit femina, dicatur, animam famulæ tuæ N. vt defuncta.

In anniuersario die. Oratio.

DEus indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem cõmemoramus: refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum.

Si pro vno tantùm fit anniuersarium, dicatur in singulari numero. Similiter & pro vno Episcopo, vel Sacerdote, Oratio. Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes.

Si fuerit Episcopus, omittitur seu sacerdotali. si tantùm sacerdos, pontificali seu.

Pro fratribus verò & familiaribus vel benefactoribus, dicitur Oratio. Deus veniæ largitor. vt suprà.

Pro patre & matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Si fit pro pluribus dicatur, animabus parentum nostrorum; & vbi dicitur, meque, dicatur, nosque.

Si pro patre tantùm, animæ patris mei, vel, nostri.

Si pro matre tantùm, dicatur, animæ matris meæ, vel nostræ. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem, cui omnia viuunt, Venite adoremus. Et repetitur. Regem. Psalmus. Venite,

exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari

noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſ-

ſione, & in pſalmis iubilemus e i. Regem.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex ma-

gnus ſuper omnes deos: quoniam non repel-

let Dominus plebem ſuam, quia in manu

eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines

mon-

montium ipſe conſpicit. Venite. Quoniam

ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam

fundauerunt manus eius: venite adoremus,

& procidamus ante Deum: ploremus coram

Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus

Deus noſter: nos autem populus eius, & oues

paſcuæ eius. Regem. Hodie ſi vocem eius

audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut

in exacerbatione ſecundùm diem tentationis

in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri,

probauerunt, & viderunt opera mea. Veni-

te. Quadraginta annis proximus fui genera-


tioni huic, & dixi, Semper hi errant corde:

ipſi verò non cognouerunt vias meas, quibus

iuraui




iuraui in i ra mea, si introibunt in requiem



meam. Regem. Requiem æternam dona e is



Domine: & lux perpetua luceat e is. Venite.



Regem cui omnia viuunt, Venite adoremus.

Hoc Inuitatorium dicitur tantùm in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & in die depositionis Defuncti, quibus diebus dicuntur tres infrascripti Nocturni, & Antiphonæ duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantùm vnum Nocturnum, cum suis Laudibus, hoc ordine: Feria ij. & v. primum Nocturnum: Feria iij. & vj. secundum Nocturnum: Feria quarta & Sabbato, tertium Nocturnum.

In primo Nocturno, pro Feria ij. & v.



Aña. Di rige. Psalm. Verba mea auribus


per-




Pſalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.
Intēde voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.
Quoniam ad te orabo: Domine, manè exaudies vocem meam.
Manè aſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant: iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.


Et lætentur omnes, qui ſperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.
Domine, vt ſcuto bonæ volũtatis tuę: coronaſti nos.
Requiem æternam.




Aña. Di rige Domine Deus meus in conſpe-



ctu tuo vi am meam. Aña. Conuer tere.



Pſalm. Domine, ne in furore tuo arguas me.




E u o u a e. 8.


Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine vſquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratũ meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.
Requiem æternam.




Aña. Conuer tere Domine, & e ri pe animam



meam: quoniam non est in morte qui me-



mor sit tui. Aña. Ne quando. Psalm. Domine



mine Deus meus in te ſperaui: E u o u a e. 8.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus, in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

N e quando rapiat vt leo animam meam: dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.

D omine Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.

S i reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

P erſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

E xurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

E t exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti: & ſynagoga populorum circumdabit te.


E t propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

I udica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.


C onſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes Deus.

I uſtum adiutorium meum à Domino: qui ſaluos facit rectos corde.

D eus iudex iuſtus, fortis, & patiens: numquid iraſcitur per ſingulos dies?
N iſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum.
E t in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.
E cce parturiit iniuſtitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
L acum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.
C onuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.
C onfitebor Domino ſecundùm iuſtitiã eius: & pſallam nomini Domini altiſſimi. R equiem æternam.




Añ. Ne quando rapiat vt le o animam meam,



dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum



faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine



animas eorum. P ater noſter. totum ſecretò.

Lectio

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, Benedictionibus, & Titulo.

Lectio j. *Iob 7. c*



PArce mihi Domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum. Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam? Peccaui: quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferS iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam, & ſi manè me quæſieris, non ſubſiſtam.

Lectiones terminantur ſine **Tu autem.** vel alia concluſione.

Reſp. CRedo quòd redemptor meus vi uit: & in no uiſ ſimo di e de ter ra ſur re ctu rus ſum: Et in

 carne

carne me a vi de bo De um

ſalua to rem me um. ℣. Quem

viſu rus ſum e go ip ſe, & non

a li us, & o cu li me i con ſpe-

ɛturi ſunt. Et in car ne.

Lectio ij. *Iob* 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam aduerſum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Numquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues? Numquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu videbis? Numquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora,

vt

vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

Reſp.

QVi La zarum re ſuſcita ſti à

monumen to fœ tidum: Tu eis Domi-

ne dona re quiem, & lo cum indul-

gen ti æ. ℣. Qui venturus es iu di-

ca re vi uos & mor tuos, & ſæ culum

per i gnem. Tu eis Domine.

Lectio iij. *Iob* 10. *b*

MAnus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu, & ſic repentè

præci-

præcipitas me? Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

Reſp. DOmine, quando veneris iu dica re terram, v bi me abſcon dam à vultu i ræ tu æ? Quia pec ca ui ni mis in vita me a. ℣. Commiſſa me a paueſco, & ante te e rubeſco:

bes co: dum veneris iudi ca re, noli me

condemna re. Quia.

Requiem æ ter nam dona e is

Do mine: & lux perpetua lu ceat

e is. Quia.

Postea ad Laudes vt infrà. quando dicitur vnum tantùm Nocturnum.

In ij. Nocturno, pro Feria iij. & vj.

Aña. In loco pascuæ. Psal. Dominus regit me,

& nihil mihi deerit: E u o u a e. 8.

Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.

Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.


Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.


Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Requiem æternam.



Aña. In loco pascuæ i bi me collocauit. Aña. De-



li cta. Psalm. Ad te Domine leuaui animam



meam: E u o u a e. 8.

Psalmus 24.

AD te Domine leuaui animam meam : Deus meus in te confido, non erubeſcam.
N eque irrideant me inimici mei : etenim vniuerſi, qui ſuſtinent te,non confundentur.
C onfundantur omnes iniqua agentes : ſuperuacuè.
V ias tuas Domine demonſtra mihi : & ſemitas tuas edoce me.
D irige me in veritate tua, & doce me : quia tu es Deus ſaluator meus,& te ſuſtinui tota die.
R eminiſcere miſerationum tuarum Domine : & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.
D elicta iuuentutis meæ:& ignorantias meas ne memineris.
S ecundùm miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
D ulcis & rectus Dominus : propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
D iriget mãſuetos in iudicio:docebit mites vias ſuas.
V niuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas : requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.
P ropter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum eſt enim.
Q uis eſt homo qui timet Dominum ? legem ſtatuit ei in via,quam elegit.
A nima eius in bonis demorabitur : & ſemen eius hereditabit terram.
Firmamentum eſt Dominus timentibus eum:& teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dominum : quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt : de neceſſitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meum : & dimitte vniuerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt : & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, & erue me : non erubeſcam, quoniam ſperaui in te.

Innocẽtes & recti adhęſerunt mihi: quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis.

Requiem æternam.

Añа. Deli cta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine. Añа. Credo videre. Pſal. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: E u o u a e. 4.

Psalmus 26.

DOminus illuminatio mea,& ſalus mea : quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ : à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes : vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei : ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra : non timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me præliũ:in hoc ego ſperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram : vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini : & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo : in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me : & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis:cãtabo,& pſalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei,& exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea : faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me : ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto:ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini: in terra viuentium.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Requiem æternam.



Aña. Credo videre bona Domini in terra viuen-



tium. ℣. Collocet eos Dominus cum princi-



pibus. ℞. Cum principibus populi ſui.

Pater noſter. totum ſecretò.

Lectio iiij. *Iob 13.d*

RESponde mihi: quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.

queris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

Resp. MEmento me i De us, quia ventus est vita me a, Nec aspiciat me visus ho minis. ℣. De profun dis clamaui ad te Do mine, Domine exaudi vocem me am. Nec aspi ci at.

Lectio v. *Iob* 14.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius.

Resp. HEi mihi Do mine, quia pecca ui ni-

mis in vita mea: Quid faciam miser? v bi

fugiam, nisi ad te Deus me us? Misere-


re me i, dum veneris in nouissimo

die.




Lectio vj. *Iob 14.c*

QVis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putáſne mortuus homo rurſum viuat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis.



ca re ſæ culum per

i gnem. ℣. Di ri ge Do mine

Deus me us in conſpectu tuo vi am

me am. Dum veneris. ℣. Re-

quiem æ ter nam do na e is.


Do mine & lux perpe tu a lu ce at

e is. Dum veneris.

Poſtea

Poſtea ad Laudes, vt infrà. quando dicitur vnum tantùm Nocturnum.

In tertio Nocturno, pro Feria iiij. & Sabbato.



Aña. Complaceat. Pſal. Expectans expectaui



Dominum: E u o u a e. 2.

Pſalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Dño.

Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam: à concilio multo.
Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meę, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertãtur retrorsum, & reuereantur: qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei.


Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. R equiem æternam.




Aña. Complaceat tibi Domine, vt eripias me:



Do mine ad adiuuandum me reſpice.



Aña. Sana Domine. Pſal. Beatus qui intelligit



ſuper egenum & pauperem: E u o u a e. 2.

Pſalmus 40.

Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.

Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi.

I nimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen eius?

E t ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.

E gredicbatur foras: & loquebatur in idipſum.

A duerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me:

N umquid qui dormit, non adiiciet vt reſurgat?

E tenim homo pacis meæ, in quo ſperaui: qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.


Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.

I n hoc cognoui, quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.


Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo, & vſque in ſæculum: fiat, fiat.

℟ equiem æternam.




Aña. Sana Domine animam meam, quia peccaui



tibi. Aña. Siti uit. Pſal. Q uemadmodum deſi-

derat



derat ceruus ad fontes aquarum: E u o u a e. 8.

Psalmus 41.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meę panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transierunt. In die mandauit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus. Requiem æternam.

Aña. Siti uit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? ℣. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Pater noſter. totum ſecretò.


Lectio vij. *Iob* 17.


SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquẽtes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es: mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc prçſtolatio mea, & patientia mea? Tu es Domine Deus meus.

Reſp. PEccantem me quotidie, & non me pœniten tem, timor mortis conturbat me: Quia in infer no nulla eſt redemptio, miſerere mei Deus, & ſalua me. ℣. Deus in




nomi-




Lectio viij. *Iob 19. c*

PElli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misereminí mei, misereminí mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.




noli

noli me iudi'ca re: nihil dignum

in conſpectu tu o e gi: id eò


de precor ma ie ſta tem

tu am, Vt tu Deus de leas

iniquita tem me am.

℣ Amplius la ua me Domine ab iniu-

ſti ti a me a, & à delicto me o






Lectio ix. *Iob* 10. *d*

QVare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum: antequam vadam & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine: terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

Resp.




d iſti

distì eis lu men, vt viderent te: Qui

e rant in pœ nis te ne bra-

rum. ℣. Clamantes & dicen tes,

Ad ue ni sti redemptor noster. Qui

e rant. ℣. Requiem æternam dona e is

Do mine: & lux perpe tu a luceat

e is. Qui e rant.

Sequens ℟. dicitur solummodo in crastino omnium Sanctorum, & quandocumque pro Defunctis dicuntur nouem Lectiones.

Resp. LIbera me Do mine de morte æter na, in die il la tremen da: Quando cæ li mo uendi sunt & terra: Dum ve neris iudi ca re sæculum per i gnem. ℣. Tremens factus sum ego, & ti meo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando. ℣. Dies illa,


dies




di es i ræ,calamita tis & miſe ri æ, dies



magna & a mara valde. Dum ve .neris



℣. Requiem æternam dona e is Do mine: &



lux perpetua lu ceat e is. Libera.

AD LAVDES,

abſolutè incipitur



Aña. Exultabunt. Pſalm. Miſerere mei Deus.



E u o u a e. 2. Pſalmus 50.


Miſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam.


Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.


Ampliùs

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cùm iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me,& ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te cõuertẽtur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes,& holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuũ vitulos.
Requiem æternam.




## Pſalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos: & impietatibus noſtris tu propitiaberis.
Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum,mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio eius.


Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in ſtillicidiis eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.


Requiem æternam.







Pſal.




Psalmus 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.


Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.


Requiem æternam.



Aña. Me ſuſce pit dextera tua Domine.



Aña. A porta in feri. Cant. Ego dixi in



dimidio dierum meorum: E u o u a e. 2.

Canticum Ezechiæ. *Iſaiæ* 38.

EGo dixi, In dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduum annorum meorum: dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Nõ aſpiciam hominem vltrà: & habitatorẽ quietis.

G eneratio mea ablata eſt: & conuoluta eſt à me, quaſi tabernaculum paſtorum.

P ræciſa eſt velut à texente, vita mea; dũ adhuc ordirer, ſuccidit me: de mane vſq. ad veſperam finies me.

S perabam vſque ad mane: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.

D e mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

A ttenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.

D omine vim patior, reſponde pro me: quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?

R ecogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ. D omine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.


T u autem eruiſti animam meam vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Q uia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

V iuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

D omine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

R equiem æternam.



Aña. A porta in feri, e rue Domine

animam meam. Aña. Omnis ſpiritus.

Pſal. Laudate Dominum de cælis: E u o u a e. 7.


Pſalmus 148.

LAudate Dñm de cælis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri. Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.


Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen Dñi: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Psalmus 149.
CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Psalmus 150.
LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.


Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum. Requiem æternam.



Aña. Omnis ſpi ritus lau det Dominum.



℣. Audiui vocem de cælo dicentem mihi.



℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ad Benedictus, Aña.



Ego ſum. Cant. Benedictus Do-



minus Deus Iſrael. E u o u a e. 2.

Canticum Zachariæ. *Lucæ* 1.


BEnedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut

Sicut locutus eſt per os ſanctorum : qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris : & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris : & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum : daturum ſe nobis.
Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati : ſeruiamus illi.
In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.
Et tu puer, propheta Altiſſimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius : in remiſſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri : in quibus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent : ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Requiem æternam.



o mnis qui viuit, & credit in me, non

morietur in æ ternum.

Deinde Pater noster. totũ secretò. Psal. De profundis. 165. cũ Precibus & Orationibus, vt sup. in Vesp. 168.

# COMMENDATIONES

## FIDELIVM DEFVNCTORVM.

### Responsorium.




SVbue nite Sancti Dei,

occurrite Angeli Domini: Suscipien-


tes animas e o rum: ℟ Offerentes e as


in conspe ctu Al tis simi. ℣. Chorus











Poſtea Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.


TIbi Domine commendamus animas omnium famulorum famularumque tuarum, vt defuncti ſæculo tibi viuant, & quæ per fragilitatem mundanæ conuerſationis peccata admiſerunt, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

MIsericordiam tuam Domine ſanĉte Pater omnipotens æterne Deus, pietatis affectu rogare pro aliis cogimur, qui pro noſtris ſupplicare peccatis nequaquam ſufficimus: tamen de tua confiſi gratuita pietate, & inolita benignitate, clementiam tuam depoſcimus; vt animas famulorum famularumq́ue tuarum, ad te reuertentes, cum pietate ſuſcipias: adſit eis Angelus teſtamenti tui Michael, & per manus ſanctorũ Angelorum tuorum, inter Sanctos & electos tuos, in ſinibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob Patriarcharum tuorum eas collocare digneris: quatenus liberatæ de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, nullis iam primæ natiuitatis vel ignorantiæ, aut propriæ iniquitatis ſeu fragilitatis confundantur erroribus: ſed potiùs agnoſcãtur à tuis, & ſanctæ beatitudinis requie perfruantur: vt cùm magni iudicij dies aduenerit, inter Sanctos & electos tuos reſuſcitati, gloria manifeſtæ contemplationis tuæ perpetuò ſatientur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.



Aña. Suſcipiat eas Chriſtus. Pſal. In exitu Iſ-



rael de Ægypto: E u o u a e. 7.

Pſal-


Psalmus 113.

IN exitu Israel de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius. Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?
Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.
A facie Domini mota est terra: à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.
Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum?
Deus autem noster in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit.
Simulacra gentium, argentum & aurum: opera manuum hominum.
Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.
Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.
Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus qui timent Dominum: pusillis cum maioribus.
Adiiciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros.
Benedicti vos à Domino: qui fecit cęlum & terram.
Cęlum cæli Dño: terram autẽ dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino: ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Requiem æternam.




Aña. Suscipiat eas Christus qui vocauit eas, &




in sinu Abrahæ Angeli deducant eas.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano corpori, animam ad ſimilitudinem tuam inſpirare dignatus es, dum te iubente puluis in puluerem reuertitur, tu imagines tuas cum Sanctis & electis tuis æternis ſedibus præcipias ſociari, eaſque ad te reuertentes de Ægypti partibus, blandè leniterque ſuſcipias: & Angelos tuos ſanctos eis obuiam mittas, viamque illis iuſtitiæ demonſtres, & portas gloriæ tuæ aperias. Repelle, quæſumus Domine, ab eis omnes principes tenebrarum, & agnoſce depoſitum fidele quod tuum eſt. Suſcipe Domine creaturas tuas non ex diis alienis creatas, ſed à te ſolo Deo viuo & vero: quia non eſt alius Deus præter te, Domine, & non eſt ſecundùm opera tua. Lætifica clementiſſime Deus animas fidelium tuorum, & clarifica eas in multitudine miſericordiæ tuæ. Ne memineris, quæſumus, iniquitatum eorum antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor mali deſiderij: licet enim peccauerint, tamen te non negauerunt, ſed ſigno fidei inſigniti, te, qui eos inter omnia feciſti, fideliter adorauerunt. Qui viuis & regnas Deus, in ſæcula ſæculorum. Amen.



Aña. Chorus Angelorum. Pſalm. Dilexi, quoniam




Psalmus 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus : vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi : & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis : & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni : & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam : miſericors Dominus & iuſtus,& Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum,& liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte:oculos meos à lacrymis,pedes meos à lapſu.

Placebo Domino : in regione viuorum.

Hîc non dicitur Requiem æternam.

Psalmus 115.

CRedidi,propter quod locutus ſum : ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo : Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino : pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu Dñi mors ſanctorũ eius.

O Domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Ieruſalem.


Hîc non dicitur Requiem.

Pſalmus 120.


LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.


Requiem æternam.



Aña. Chorus Angelorum e as ſuſcipiat, & in



ſinu Abrahæ e as collocet; vt cum Lazaro



quondam paupere æternam ha beant requiem.

f Ore-

Oremus.

DIri vulneris nouitate perculſi, & quodammodo cordibus ſauciati, miſericordiam tuam, mundi redemptor, flebilibus vocibus imploramus: vt charorum noſtrorum animas ad tuam clementiam, qui fons pietatis es, reuertentes, blandè leniterque ſuſcipias: & quas illæ ex carnali commercio contraxerunt maculas, tu Deus inolita bonitate clementer deleas, piè indulgeas, obliuioni in perpetuum tradas: atque has laudes tibi cum ceteris reddituras, & ad corpora quandoque reuerſuras, Sanctorum tuorum cœtibus aggregari præcipias. Qui viuis & regnas Deus, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pater noſter. ſecretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

PArtem beatæ reſurrectionis obtineant, vitamq́. æternam cum Sanctis habere mereantur in cælis. Per te Ieſu Chriſte ſaluator mundi, rex gloriæ, qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

S i iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Q uia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

S uſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Q uia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

E t ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. R equiem æternam.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

O remus.

DEus cui ſoli competit medicinam poſt mortem; præſta quæſumus, vt animæ fidelium tuorum terrenis exutæ contagiis, in tuæ redemptionis parte numerentur.

Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumq. tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.



R equieſcant in pace. Amen.

# ABSOLVTIO DEFVNCTORVM.

[a] Peracto Miſſæ ſacrificio pro defuncto [cta] Sacerdos vadit ad caput feretri, & ceteris [b] clericis ad latera feretri conſiſtentibus, incipit hanc orationem, abſolutè dicendo:

a Aug. li. 9. côfeſſ. cap. 12. b Chryſ. hom. 70 ad pop. Ant.

Harum à diuinis præceptoribus acceptarũ precationũ meminit & rationé reddit D. Dionyſ. Areop. de Eccleſiaſt. Hierar. cap. 7.



NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo [ancilla tua] Domine, quia nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non ergo eum, [eam,] quæſumus, tua iudicialis ſententia premat, quem [quam] tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat; ſed gratia tua illi ſuccurrẽte, mereatur euadere iudicium vltionis, qui [quæ] dum viueret, inſignitus [inſignita] eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Qui viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Reſp.

SVbue nite ſancti De i, occurrite Ange li Domini, ſuſcipientes animam e ius: Offe rentes eam

in

in conſpe ctu Al tiſ ſimi. ℣. Suſci-

piat te Chriſtus, qui vo ca uit

te, & in ſinu Abrahæ Angeli de du-

cant te. ℟. Offe rentes.

In Exequiis minùs ſolemnibus.

Kyrie e le iſon. Chriſte e le iſon. Kyrie

e le iſon.

In Exequiis ſolemnioribus.

Kyrie e le iſon. Chriſte e le iſon.




Sacerdos dicit intelligibili voce, Pater noſter. Quod ſecretè proſequitur, & interim accepto aſperſorio cum aqua benedicta de manu Diaconi (ſi eo vtatur) vel alterius miniſtri, & facta Altari reuerentia, aſpergit feretrum circumcirca ambulans, incipiens à ſua parte dextera, tertiò aſpergens quamlibet feretri partem, Diacono à ſiniſtris comitante, & fimbrias pluuialis (dum eo vtitur) ſubleuante: & quia ad pedes feretri crux conſtituta eſſe debet, ſic vt inter eam & feretrum ſit tranſitus, dum ante crucem tranſit Sacerdos profundè inclinat, Diaconus verò genuflectit: & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem Diaconi, vel alterius miniſtri accipit Sacerdos thuribulum, & eodem modo quà aſperſerat, incenſat. Tum, Diacono, vel alio miniſtro librum tenente, orat iunctis manibus, dicens intelligibili voce. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Oremus.

Deus cui omnia viuunt, & cui nō pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur, vt quidquid anima famuli tui [famulæ tuæ] vitiorum, tuæque voluntati contrarium, fallente diabolo, & propria iniquitate atque fragilitate contraxit, tu pius & miſericors ablue indulgendo, eamque ſuſcipi iubeas per manus ſanctorum Angelorum tuorum, deducendam in ſi-

rum Patriarcharum tuorum, Abrahæ ſcilicet amici tui, & Iſaac electi tui, atq. Iacob dilecti tui, quo aufugit dolor & triſtitia atque ſuſpirium, fideliũ quoque animæ felici iucunditate lætantur; vt in nouiſſimo magni iudicij die inter Sanctos & electos tuos eum [eam] facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quam oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quam præparaſti Deus diligẽtibus te. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Reſp. QVi Lazarum re ſuſ ci ta ſti à monumen to fœ tidum. ℟ Tu e is Domine dona re quiem, & lo cum indul gen ti æ. ℣. Qui venturus es iu dica re vi uos & mortuos,

&

& ſæ culum per i gnem. ℣. Tu eis.

Deinde Kyrie eleiſon. Chriſte e lei ſon. Ky-

rie e leiſon.

Vel ſolemniùs.

Kyrie e le i ſon. Chriſte e le i ſon. Kyrie

e leiſon.

Sacerdos dicit intelligibili voce, Pater noſter. Quod ſecretè proſequitur, & interim aſpergit, & incenſat feretrum eodem ritu quo præſcriptum eſt ſuprà, pag. 230. Peracta incenſatione dicit iunctis manibus & intelligibili voce. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Oremus.

FAc quæſumus, Domine, hanc cum ſeruo tuo defuncto [ancilla tua defuncta] miſericordiam,

vt

vt factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui [quæ] tuam in votis tenuit voluntatem, vt ſicut hic eum [eam] vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum [eam] tua miſeratio ſociet angelicis choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Reſp. LIbe ra me Do mine de mor-

te æ ter na, in di e il la tremen-

da: ※ Quando cæ li mo uendi ſunt

& ter ra: ※ Dum ve neris iu-

di ca re ſæ culum per i gnem.

℣. Tremens factus ſum ego, & ti meo, dum

 diſcuſſio

diſcuſſio venerit, at que ven tu ra i ra.

℟ Quando. ℣. Dies illa, di es i ræ,

ca lami ta tis & mi ſe ri æ, dies magna

& a ma ra valde. ℟ Dum ve-


neris. ℣. Requiem æternam dona e is Do-

mine, & lux perpetua lu ce at e is.

℟ Libera. Kyrie e le i ſon. Chriſte e le i-
ſon.




Vel solennius.







Sacerdos dicit intelligibili voce, Pater noster. Quod secretè prosequitur, & interim aspergit & incensat feretrum, iuxta ritum præscriptum, pag. 230. Peracta incensatione dicit iunctis manibus & intelligibili voce. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. &c. ℣. Requiescāt in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. &c. ℟. Et clamor meus. &c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc sęculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro muliere.

QVæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ: & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſaluationis partem reſtitue. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

*Aſpergendo aqua benedicta corpus defuncti, dicat:*

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

*His peractis, corpus defuncti defertur ad locum ſepulturæ, Sacerdote interim dicente ſequentes Antiphonas:*

In paradiſum deducant te Angeli, in tuo aduentu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in ciuitatem ſanctam Ieruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere, æternam habeas requiem.

*Corpore in ſepulchrum demiſſo, aſpergitur loculus aqua benedicta, Parocho, vel eius ſubſtituto, dicente:*

Hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua in ſancta Sion. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

*Sumpta deinde ſancta Cruce, loculum trina conſignatione ſignans, dicit:* Signo corpus hoc ſignaculo ſanctæ crucis, ✠ vt in die iudicij reſurgat, & ✠ vitam æternam poſſideat: ✠ Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde trina immiſſione aliquantulæ terræ loculum tegendo, dicat Sacerdos:* De terra plaſmaſti eũ, [eam,] oſſibus & neruis compegiſti eum [eam] Domine, reſuſcita eum [eam] in nouiſſimo die. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Poſtea ſubiungit:* Oremus pro fidelibus defunctis.

Et clara voce lectis Pſalmis, Miſerere, & De profundis, dicit: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos, &c. ℟. Sed libera nos, &c. ℣. Requiem æternam dona eis Dñe. ℟. Et lux, &c. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine, &c.
℣. Credo videre bona Domini. ℟. In terra, &c.
℣. Ne tradas Domine beſtiis animas cõfitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

ABſolue quæſumus Domine animam famuli tui [famulæ tuæ] N. vt defunctus [cta] ſæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitatem carnis humana conuerſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge.

FIdelium Deus omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Denique ſepulchrum aqua benedicta aſpergat, his adiectis verbis, Rore cæleſti perfundat te Deus, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.
Iuſtis his funeralibus perſolutis, populus in pace dimittitur, aut pro conſuetudine loci comites funeris domum reducuntur in gloriã eius qui deducit ad inferos, & reducit.

Quòd ſi ob cauſas ſepultura ſine exequiis fiat, tunc ſolummodò prædictus deductionis & depoſitionis ritus

ſeruabitur, commendationibus & aliis in diem exequiarum dilatis. Si verò in die ſepulturæ, exequiæ quidem celebrentur, ſed ob contagij metum, corruptionis periculum, aut fœtoris horrorem, corpus in Eccleſiam non deferatur; tunc corpore ſepulturæ tradito, in medio Eccleſiæ feretrum erigetur in funeris repræſentationem, circa quod exequiarum ceremoniæ exercebuntur.

## DE SEPVLTVRA PARVVLORVM, in Chriſto defunctorum, inſtructio.



1 *Aruuli qui poſt Baptiſmum ante vſum rationis eripiuntur, oratione Eccleſiæ non indigent, quia*[a] *nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, & non ſecundùm carnem ambularunt: & ſicut*[b] *iniuriam faceret martyri, qui pro martyre oraret; ita innocentiæ Baptiſmali iniurius eſſet, ſi quis eis ſalutis requiem precaretur,*[c] *qui innocentes, immaculati, puri, ac Deo dilecti effecti ſunt cohæredes Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.*

Rom. 8

Aug. ...rm. 17 ...: verb. ... poſt.

...Conc. ...rident. ...ſſ. 5. ...1.

2 *Quia tamen horum corpuſculis,*[d] *tamquam organis & vaſis, ſanctus infuſus fuit Spiritus; etiam illorum funera, officioſa ſunt pietate curanda, in proteſtationem fidei reſurrectionis, & ad laudem diuinæ prouidentiæ, ſub qua & iſta regeneratorum corpora requieſcere creduntur.*

Aug. ... 1. de ...uitate ...i. c. 1.

3 *Si pro laudabili cuiuſque Eccleſiæ more, horum ſe-*

*pultu-*

*pultura, vnà cum Missa, exequiis, aut Psalmis pro fidelibus defunctis legi consuetis, procuretur: tunc Parochus in memoriam reuocet fidelibus id quod dicit[e] Augustinus: Sacrificia siue altaris, siue quarumcumq; eleemosynarum quæ pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis, gratiarum actiones sunt. Et occasione huius paruuli, qui in albis ad Dominum raptus est, oretur pro defunctis, qui precibus Ecclesiæ indigent: idque[f] piorum more; qui, dum vni benefecit diuina clementia, illius occasione pro alio orare solent vt ei similiter fiat.*

e Enchi c.110.

f Aug. lib. 22. de Ciuitate Dei c.8.

## Ordo sepulturæ paruulorum baptizatorum, doli incapacium.

VBi mos obtinuit, vt funus præsens exhibeatur in templo, ibidemque ante depositionem Missa fieri petatur, maximè videbitur conuenire illa quæ de Angelis in Missali ponitur: addita etiam Collecta, Deus veniæ. aut, Fidelium. qua finita, loco commendationum dicat Sacerdos ad feretrũ voce mediocri sequẽtem Orationem.

℣. Sinite paruulos ad me venire. ℟. Talium est enim regnum cælorum. Oremus.

DEus omnipotens, redemptor mundi, Domine Iesu Christe, apud quem mortuorum spiritus viuunt, & in quo electorum animæ, deposito carnis onere, plena felicitate lætantur: gratias agimus ineffabili pietati ac benignitati tuæ, qua animam famuli tui, [famulæ tuæ,] imagine tua insignitam, & pre-

tioso

tioso sanguine tuo misericorditer redemptam, de miseriis tenebrarum, & laqueis huius sæculi liberare dignatus es: vt æternæ illius tuæ lucis solatio frueretur, & concessa sibi venia originalis peccati, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, optata quietis consequeretur gaudia omnibus Sanctis & electis tuis æternaliter repromissa. Qui viuis & regnas Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Corpus deinde aqua benedicta aspersum, defertur ad tumulum. Si verò consuetudo loci non habeat, aut petentium deuotio non requirat, vt in hoc pietatis officio Missa celebretur, tunc immediatè ad sepulchrum delato corpore (quia non tanta est necessitas Deum laudandi pro paruulo iam in pace quiescente, quanta est orandi pro defunctis, hoc potissimùm tempore, quo eis plurima per prophanas nouitates subtrahuntur suffragia) gratiarum actioni pro paruulo, ex albis ad Dei visionem translato, orationem pro defunctis adiunget hoc modo: Præmissa Antiph. Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & vsque in sæculum: Dicet Psalmum:

Greg. Turon. l. 2. hist. Franc. c. 29. Aug. li. 9. cōf. c. 3. & 6.

Psal. 112

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

A solis ortu vsq. ad occasum: laudabile nomen Dñi.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra?

Susci-

Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem. Gloria Patri.

Repetitur Antiph. Sit nomen Domini bened. &c.

℣. Hic accipiet benedictionem à Domino. ℟. Et miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera. &c. Interim infantis cadauer ſepeliatur. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animã huius paruuli ad cælorum regnum hodie miſericorditer vocare dignatus es: digneris etiam ita nobiſcum miſericorditer agere, vt meritis tuæ ſanctiſſimæ paſſionis in eodem regno nos cum omnibus Sanctis & electis tuis ſemper facias congaudere. Qui viuis & regnas Deus, &c.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Deinde occaſione huius infantis oretur pro fidelibus defunctis, horteturque Sacerdos circumſtantes, dicendo: Oremus dilectiſſimi pro huius paruuli propinquis, & omnibus fidelibus defunctis, in ſpe miſericordiæ

requiescentibus. Deinde legat Psalmos, Miserere. & De profundis. Concludendo: Requiem ęternam dona eis Domine, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas, &c. ℟. Sed libera, &c. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis & famulabus tuis, & omnibus hîc & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eumdem Dominum, &c. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

His peractis, Sacerdos ad Ecclesiam ex cœmeterio, vel, si infans in templo sepultus sit, ex Ecclesia ad locum suum Dan. 3. rediens, dicere poterit Canticum trium puerorum: Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. cum Collectis: Deus qui corda fidelium, &c. Et, Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius: vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

De sepultura paruulorum non baptizatorum.

*PVeruli, vel sanctorum hominum filij, & quicumque alij ex hac vita sine Baptismo migrantes, in loco sacro sepeliri non debent. Estq; in iis obseruandus Canon 35. Concilij 1. Braccarensis: Catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis, non oblationis sanctæ commemoratio, nec psallendi impendatur officium.*

## INSTRVCTIO PASTORVM aduersus infestationes dæmonum, & incantationum maleficia.



*APostolus hortatur Ephesios induere armaturam Dei, vt poßint resistere aduersus insidias diaboli: & proposita difficultate certaminis, monet eos, vt in omnibus sumant scutum fidei, in quo poßint omnia tela nequißimi exstinguere, & perfecti stare.*

*Cùm autem hostis ille capitalis nullas vmquam det nobis inducias, & nihilo minori clade etiam hodie grassetur; eadem arma etiam nunc sumenda sunt, quando neque minoris sunt efficaciæ, neque minus necessaria: & cùm iuxta inueteratum odium nostri omnium, maximè inuideat nobis æternam salutem, eiúsque subsidia nobis subtracta cuperet, tamen hac parte per violentiam nulli nocere potest. Nam peccatorum maculas, quæ solæ possunt impedire iter ad regnum Dei, non potest inuitis*

*aspergere, sed in his quæ ad corporis incolumitatem pertinent, & in externis possessionibus (Dei permissione) homini etiam per violentiam magnas calamitates inferre potest; vt constat de beatis Iob, Antonio & aliis; in quibus tamen gloriosissimè vincitur, dum hæc detrimenta per patientiam & obedientiam suscipiuntur, tamquam de manu Dei nobis illata, in vindictam peccatorum, vel in exercitium virtutum. Et his qui sic affecti sunt, non est necessarium, imò ne expedit quidem aliud remedium quærere: voluit tamen Christus propter varias causas, in Ecclesia esse legittimam potestatem frænandi furores diaboli, & per exorcismos & adiurationes succurrendi hominũ infirmitati, & in eum vsum etiam hodie solemniter ordinantur Exorcistæ, quibus tribuitur potestas, vt per manus impositionem, & oris officium eiiciant dæmones de corporibus obsessis. Sed vt olim fuerunt qui hanc potestatem infeliciter vsurparent; quemadmodum legitur in Actis Apostolorum cap. 19. de filiis Sceuæ Iudæi; ita etiam hodie multi inueniuntur, qui vel cupiditate, vel alia quauis temeritate aut ignorantia ducti, sumunt quidem sibi audacter officium exorcizandi, sed non cum eo fructu, qui inde sperari posset, si grauiter & cum debita pietate negotium tractaretur. Sunt etiam qui leuiter & per errorem à dæmone æstimantur obsessi, cùm naturali morbo detineantur, de quo medicus consulendus esset: & pecorum languores, ex debilitate naturæ contracti, vel ex eo*

*quòd*

*quòd veneni intoxicatione corrumpitur pabulum aut potus, aut quòd peste vel alia quauis tabe corruptus aër stabulum inficit, sæpè temerè adscribuntur incantationibus & maleficiis, vbi tamen in veritate nihil tale subest. Sed vt naturalis est morbus, ita naturali & humana industria, adhibenda essent remedia. Dum autem, vt fit Dei permissione, verè obsidentur homines, aut rerum temporalium detrimentis per maleficia & incantationes affliguntur, non est illicitum ad Ecclesiastica remedia confugere, & eorum officium postulare, qui publico ritu etiam hodie ad hoc in Ecclesia ordinantur. Sed talis quæratur Exorcista, qui iuxta id quod in ordinatione Exorcistarum dicitur, à corde & pectore suo priùs eiecerit dæmonem, quem ab alterius corpore conatur expellere: & iuxta Pauli admonitionem iustitia & pietate vitæ, ac viuacitate fidei benè sit armatus. Requisitus autem, fretus potestate quam in ordinatione accepit, non ad quæstum, sed tamquam ex officio, & ex charitate subuenturus proximorum necessitati, confidenter agat. Et ad corroborationem fiduciæ in mentem reuocet Christi verbum: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super dæmones, & nihil vobis nocebũt. In actione autem prouidus sit, & cũ dæmone agat tamquam callidissimo hoste, & qui obstinatissimo odio hominem persequitur. Proinde nihil ei fidatur, & ab omni curiosa quæstione abstineatur, & ante omnia ad veram pietatem instruat afflictos, vt temporale damnum in*

*lucrum spiritus conuertant, quo patientiùs ferant, si fortè non consequantur desideratam liberationem.*

*Cùm autem hodie multi occultis erroribus, hæresibus, aut etiam superstitionibus contra fidei veritatem implicìti teneantur, & his de causis dæmonum illusionibus magis obnoxij reddantur; primò examinentur diligenter, qui eiusmodi molestiis, vel in se, vel in suis iumentis affliguntur: & si simpliciores sint, & doctrinæ parum capaces, saltem instruantur in rudimentis veræ fidei, & seriò moneantur, quòd in omnibus quæ ad fidem pertinent, se obedienter subiiciant doctrinæ traditionibus Catholicæ Ecclesiæ, & in illa generali confessione fidei fortiter confirmentur.*

*Secundò, iuxta Can.* Si per sortiarios, *in decretis, moneantur vt de peccatis suis (per quæ homines dæmonum seruituti tamquam mācipia subiiciuntur) seriò doleant, & benè recollecta conscientia plenè confiteantur, ac diligenter præparati sacram Eucharistiam religiosè suscipiant: idq; in tota familia fiat; ad hæc eleemosynis, ieiuniis & orationibus diligenter insistant: & siquidem id impetrari poßit, vt quò plus affliguntur, eò liberaliores erga pauperes iuxta suum statum, & erga Deum patientiores redderentur, pulchrè hostis tela in suum ipsius caput retorquerentur. In quo genere victoriæ exstat pulcherrimum exemplum Patriarchæ Iob. Seriò autem instruantur, quorum vaccæ vel alia iumenta vexantur incantationibus, ne cuiquam imputent, neq; suspicentur*

*vicinos*

*vicinos vel alios homines id fecisse, qui fortè sunt innocentissimi; nec aures præbeant vanis hominum promissionibus, qui ineptis & fallacissimis indiciis nituntur deprehendere an mulier ista vel alia sit incãtatrix, &c. Per quas obseruationes diaboli illusionibus exponuntur qui talibus fidunt; & iniquis suspicionibus capiuntur ergà homines sæpè innoxios, cum graui iniuria proximi, & suarum animarum detrimento. Et ob id diabolus sæpè talia vel suggerit, vel per alios homines malos suggeri procurat, additis aliquando indiciis, quibus suspicionem augeat, quam præ damni dolore qui temporalibus plus satis addicti sunt, ægrè sibi patiuntur eximi. Nullo modo ergo suspicentur, hunc vel illum sibi fecisse, nec credant id suggerentibus, sed peccatis suis tantùm imputent, propter quæ sibi persuadeant à Deo hanc afflictionem sibi immitti. Et omninò confirmandi sunt, vt sic se ad patientiam componant, vt si quidem benignissimo Deo ita videatur, & sibi vtile sit, omnino contenti esse velint, & ista, & grauiora etiam pati, donec benignissimo Patri bonum videbitur. Licet tamen etiam, hac promptitudine voluntatis patienter tolerandi retenta, ad remedia cõfugere quæ ab Ecclesia probantur; sed à superstitione sibi caueant, quæ in hisce negotiis sæpè interuenire solet, & hominem dæmonis seruituti magis subiicit. Sicut enim morbi, & alia corporis incommoda, vndecumque inferantur, tamquam de manu Dei suscipienda sunt, & ad peccatorum purgationem*

*patienter toleranda, & tamen, his non obstantibus, licet medicos consulere, & remedia adhibere: ita in illis detrimentis quæ à dæmonibus inferuntur, patientia retinenda est, & peccatis suis imputare debet quisque quæ patitur, & tamen etiam simul ad remedia Ecclesiastica licet recurrere. Sed non tanti debemus facere iacturam rerum temporalium, vt per illicitas artes iuuari & liberari velimus; quod qui faciunt, tentationi succumbunt non multùm dissimili aut diuersæ ab ea qua diabolus Christo dixit, monstrans regna mundi: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Quisquis enim superstitiosis obseruationibus remedia quærit, aut palàm aut occultè diabolum veneratur aut colit. Orationibus autem ex radice veræ humilitatis, & inprimis Oratione Dominica, quæ omnium ordinatissima est & optima. Item recitatione Symboli fidei, sed cum attētione & pietate, & similibus exercitiis fugatur diabolus, sicut ait Iacobus: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Resistitur, si neque ceditur, neque locus datur prauis inspirationibus: fugit autem tales; quia inuitos, & suis suggestionibus non volentes acquiescere, cogere non potest. Cúmque superbißimus sit, mauult non congredi quàm non superare; fit tamen sæpè vt inflatus opinione suæ potentiæ, & hominum odio cæcatus, spem victoriæ sibi faciat, & eos adoriatur, à quibus turpiter superatus eiicitur: nam & à Christo Domino non abstinuit, & patientißimum Iob fortiter oppugnauit, neu-*

trum

*trum facturus si exitum præuidere potuisset. Suo enim veluti gladio iugulatur, dum insultationibus & molestiis Dei electos clariores reddit, & nihil nisi patientiæ, & exercendæ virtutis materiam subministrat.*

*Iam verò resistentia illa de qua D. Iacobus loquitur, non tantùm præstat piis vt à diaboli impetitione maneant illæsi, sed & fiduciam addit, vt aduersus furores eius insurgere audeant, eúmque insectari, & ab aliis quos violenter affligendos vel obsidendos suscepit, expellere: quemadmodum inquit Christus: Signa eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Et in hoc exercitio duplex est forma agendi, altera per preces, altera per imperium. Per preces, dum ad Deum toto corde conuersi, humiliter supplicant, vt suæ virtutis potentia, dæmonem reprimat & repellat. Cuiusmodi forma D. Antonio & aliis quibusdam pietate præstantibus familiaris fuit. Altera, dum per fiduciam potestatis quam Christus in Ecclesia reliquit, increpatur diabolus; & tamquam victus per Christum imperiosè iubetur discedere, & locum facere. Vtramq; formam Ecclesia miscet in exorcismis baptismalibus: & subinde ex altera in alteram relabitur. Inter has ea quæ precibus nititur, tum est efficacissima, si preces procedant à vera pietate, & firma fide corroborētur. Magna, inquit D. Antonius apud Athanasium, aduersus dæmones arma sunt, vita sincera, & intemerata ad Deum fides: Credite, inquit, mihi experto, pertimescit*

*Satanas rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè cor purum erga Christi amorem. Nouit teterrimus coluber ex præcepto Domini sub iustorum se iacere vestigiis: qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones: & super omnem virtutem inimici. His armis vsus B. Antonius, plurimos à dæmonum infestatione liberauit, de quo dicit Athanasius, quòd precibus, non potestate, dæmones eiicere solebat.*

*Altera forma agendi per imperium etiam vsum suum habet, dum rectè & ex officio suo adhibetur: Et si enim dæmones eiicere non sit humanæ infirmitatis, sed maiorem potestatem requirat, sicut ait Augustinus lib. 3. de Trinitate: Spiritus desertor regitur per spiritum iustum, &c. tamen Deus hanc virtutem impertitur Ecclesiæ, eámque legittimè ordinatis exercendam committit, iuxta illud quod in ordinatione dicitur Exorcistis: Accipite & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super Energumenos, siue Baptizatos, siue Catechumenos.*

*Hæc autem potestas instar cæterarum quas Ecclesia à Christo accepit, non fundatur super pietate ministri, sed super ordinatione & voluntate Christi, sic instituentis, & per Spiritus sancti præsentiam, suam ordinationem confirmantis. Quod propter timidiores dici-*

tur,

*tur, ne pietatis suæ diffidentia ab officio suo retrahantur, nec tamen immemores esse debent sacræ potestatis ministri eius, quod scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.*

*Hæc forma per imperium agendi constat exorcismis & adiurationibus, quibus licitè etiam adhibentur ceremoniæ quædam, sed non aliæ, nec aliarum rerum, quàm quæ in Ecclesia approbatæ sunt. Cuiusmodi sunt impreßio crucis, aqua benedicta, aut candelæ, aqua Gregoriana, vt in altarium consecratione, aut thuris sacri, aut palmæ in Ecclesia, secundùm vsitatam formam consecratæ. Crucis signo vbique & semper confidenter licet vti Christiano; sed reuerenter & cum attentione rei signatæ, hoc est, paßionis & mortis Christi: cuius quidem paßionis & mortis tanta est virtus, vt vel vmbra eius & qualibet eius imago, quæ tamen cum attentione & reuerentia ad Christi mortem repræsentandam legittimè adhibetur, magnam vim habeat, vt adferat homini fiduciam & protectionem; diabolo autem timorem incutiat, eumq; in fugam agat.*

*Adhibeantur ergo sacra signa, hoc est, sacrarum rerum signa, sed grauiter & reuerenter, sic vt tam Exorcistæ quàm adstantibus sint vtiles admonitiones rei signatæ, ne in ipsis signis magis hærere videantur, quàm ad rem signatam adsurgere. Cuius rei metum facit in quibusdam Exorcistis, multoties repetita signorum expreßio, sed sæpiùs leuiter & cum modica significatione*

*reuerentiæ erga rem ipsam, in qua tota fiducia collocari debebat, nec hoc eo sensu accipiatur, tamquam vel non liceat, vel inutile sit repetere crucis signũ, cùm id etiam in sacrificio Missæ fieri videamus: sed ne leuiter fiat, & sine attẽtione rei signatæ, neque sic hæreatur in multiplicatione signorum, vt ad rem non transferatur cogitatio.*

*Quem vsum autem & vim habeat aqua benedicta, item palmæ vel candelæ, ex vsu in Ecclesia consecratæ, ex ipsa formula consecrationis, attendere licet: nam dum Ecclesia ista parat, simul in ipso ritu consecrationis exponit vsum (nec in alium vsum transferri debẽt) & efficaciam à Deo piis precibus impetrat. Exorcismos subministrat Ecclesia, tum in Baptismo, tum aqua benedicta, & in similibus. Et quidem Exorcismi, qui sacro Baptismo adhibentur & permittuntur, ad hoc propriè valent vt eiiciatur dæmon, si non à corpore, certè ab animo, imò à toto homine, qui sacro Baptismo perfunditur. His igitur etiam fiducialiter vti nobis licet, si redeat hostis, vnde eiectus erat: imò verò idcirco ab Ecclesia conuenientes formæ institutæ sunt; vt subinde recurrens seductor, & iterùm inuadens eum à quo semel eiectus fuit, similibus armis expugnetur.*

*Satis autem conuenit, vt Exorcista ante actionem per piam recollectionem se ad eum statum componat, qui maximè conueniat ad ferendum suppetias proximo afflicto, aduersus tam pestilentem hostem. Proinde ordiatur actionem ab inuocatione sancti Spiritus, per*

*quam ſtatim ab initio omnem exſpectati auxilij trãſferat à ſe in benigniſsimum Dominum & Saluatorem noſtrum, & eôdem etiam aſtantes omnes reſpicere doceat: vitet autem turbam illorum, qui curioſitate vana non ad cooperandum; ſed ad videndum concurrere ſolent.*

*Actionem autem ad liberationem hominis à dæmone obſeſsi, ſic inſtituere poteſt Sacerdos: Aſſumpto habitu Eccleſiaſtico, vt minimum ſuperpelliceo & ſtola, etiam afflicti collum, altera ſtola obuoluat, per quam quaſi in tutelam eum aſſumat, & ſibi iungat, vt in maiorem fiduciam erigatur. Deinde poſt humilem inuocationem ſancti Spiritus, & adſtantium monitionem, vt ſuas preces cum Sacerdotis actione coniungant.*

Et muniens ſeipſum ſigno Crucis, dicat clara voce: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotẽs Domine, Verbum Dei Patris, Chriſte Ieſu, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici; & cuius virtute victus, tamquam fulgur de cælo, ſatanas cecidit: tuum nomen tremens ſupplexque deprecor, vt mihi indigniſſimo ſeruo tuo data venia peccatorum, confidentiam & virtutem donare digneris, vt hũc crude-

lem draconem brachij tui potētia ſecurus aggrediar. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, à cuius facie cæli diſtillant, montes ſicut cera liqueſcunt, terra tremit; cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit: te ſupplex deprecor, vt inuocatione tui nominis huius famuli tui [famulæ tuæ] N. anima à vexatione liberata, ad auctorem ſuæ ſalutis recurrat, liberatoremque ſuum, diabolico depulſo fœtore, & odore ſuauiſſimo Spiritus ſancti percepto, ſequatur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c. ℟. Amen.

*Tunc Energumenus, ſi poſſit, clara voce dicat Symbolum Apoſtolorum, præeunte Sacerdote, qui ſtatim dicat*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu. ℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde dicat Euangelia quæ ſequuntur, ſignās in principio librum, deinde frontem, os, & pectus ſuum, ac poſtremò frontem Energumeni: cuilibet Euangelio præponens* ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Euangelij secũdùm Matthęum.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Accessit ad Iesum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sępè cadit in ignem, & crebrò in aquam. & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exiìt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. Cap. 17

℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prędicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc Cap. vlt.

sequen-

sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

℞. Gloria tibi Domine.

Cap. 4. IN illo tempore: Descẽdit Iesus in Capharnaum, ciuitatem Galilææ: ibíque docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo, habens dæmonium immundum; & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cùm proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Ioannem.

℞. Gloria tibi Domine.

Cap. 12. IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari

filium

filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.

Finitis Euangeliis, Sacerdos osculatur librum: dicens,

Per Euangelica dicta, deleantur nostra delicta.

Deinde ponit librum super caput energumeni. Postea imponens super obsessum extremam partem stolæ, dicit:

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. Exorcizo te immunde spiritus per Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum✠ sanctum, vt exeas & recedeas ab hoc famulo [famula] Dei N. ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro, ne mergeretur, dexteram porrexit, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento suscitauit. Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo✠ & vero. Da honorem Iesu✠ Christo Filio eius, & Spiritui✠ sancto, & recede ab hoc famulo [hac famula] Dei N. & hoc signum sanctæ✠ crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole, numquam audeas violare: Per eũ qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignẽ. ℟. Amen.

Audi maledicte Satana, adiuratus per nomen æterni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, filij eius, cum tua victus inuidia, tremens gemensque discede: nihil

sit tibi commune cum seruo [famula] Dei N. Da igitur honorem aduenienti Spiritui sancto, qui ex summa cæli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, mundum sibi templum & habitaculum perficiat, vt ab omni penitus vexatione liberatus seruus [liberata ancilla] Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen eius in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

*Postea Sacerdos tenens manus super caput energumeni dicat:* Nec te lateat satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diemque supplicij sempiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuersis angelis tuis ęternus superueniet interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, & Spiritui sancto, in cuius nomine atque virtute, ego præcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, vt exeas & recedas ab hoc famulo [famula] Dei N. quem [quam] Deus & Dominus noster Iesus Christus pretioso sanguine suo redimere dignatus est. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Exi spiritus immunde, ab hac Creatura Dei, nec in eam præsumas ampliùs introire; ipse tibi imperat maledicte Diabole, qui te de supernis cælorum, in inferiora terræ demergi, qui te retrorsum abire præcepit. Tu ergo nequissime spiritus, humani generis inimice, mortis adductor, vitæ raptor, iustitiæ decli-

nator, malorum radix, seductor hominum, incitator inuidiæ, causa discordiæ, pater mendacij: illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Ioseph venumdatus, in agno occisus, in homine crucifixus; qui deinde inferni triumphator exstitit gloriosus. Recede ergo in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ sancti, ab hoc famulo [hac famula] Dei, & ne amplius introëas in eum, [eam,] in virtute Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postea Sacerdos accepta cruce, dicat: Ecce lignum sanctissimæ crucis, fugite partes aduersæ; vicit enim vos & mūdum Dominus Iesus Christus, Filius Dei, imperator summus, leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Crucem det energumeno osculandam, dicens cum eo simul: Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Deinde Sacerdos dicat Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tētationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. ℟. Et fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Saluum fac seruum tuum. [ancillam tuam.] ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. [ea.] ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo infirmo, [famula tua infirma] pro quo [qua] miſericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones.

Hoſtium noſtrorum, quæſumus Domine, elide ſuperbiam: & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne.

Deus qui contritorum non deſpicis gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum; adeſto ſupplicationibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſque clementer exaudi, vt quidquid contra nos diabolicæ atque humanæ moliuntur aduerſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis allidatur; quatenus nullis aduerſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti, læti in Eccleſia tua gratias referamus. Per Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Poteſt etiam dici Oratio: Deus qui corda fidelium. Et Oratio, Concede nos famulos tuos. Et Oratio illius ſancti, cuius nomine vocatur ipſe, [ipſa,] qui [quæ] vexatur: & Orationes aliorum ſanctorum, quos maiori deuotione colimus. Poſſunt dici & aliæ deuotæ orationes, cum compunctione, & cordis contritione, implorando

ſemper

semper misericordiam Dei. Legat etiam Psalm. 34. Iudica Domine nocentes me. & Psalm. 68. Eripe me de inimicis meis Deus meus. & Psalm. 67. Exurgat Deus. &c. & Psalm. 90. Qui habitat in adiutorio. Et Symbolum Athanasij: Quicumque vult. In fine benedicit energumeno, dicens: Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te & maneat semper. ℟. Amen.

Possunt etiam suprà dicta pluries repeti, si dæmon in vexatione durauerit.

Altera forma exorcismorum ad fugandum dæmonem de corporibus oppressis, vel etiam maleficiatis.

Sacerdos indutus vt suprà, dicit: In nomine Patris ✠ & Filij, ✠ & Spirit' ✠ sancti. ℟. Amen. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. Ecce cru✠cem Domini, fugite partes aduersæ: vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus Cõfessorum, Deus Virginum, Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, inuoco nomen sanctum tuum, ac præclaræ maiestatis tuæ clementiam suppliciter exposco; vt mihi auxilium præstare digneris aduersus hunc nequissimũ spiritum, & omnem qui vexat hoc plasma tuum. Per eumdem Christum Dñm, &c. ℟. Amen.

Exorcizo te immunde spiritus, omnis incursio aduersarij, omnis ira, omne phantasma, omnis legio, in

nomine Domini nostri Iesu Christi, eradicare & effugare ab hoc plasmate Dei. Ipse tibi imperat, qui te de supernis cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Audi ergo, & nunc satana victus & prostratus abscede, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Tu ergo nequissime satana, inimice fidei, hostis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iustitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, causa discordiæ, excitator dolorum, malorum magister, quid stas & resistis, cùm scias Deum tuas perdere vires? illum metue, qui in Isaac est immolatus, in Ioseph venumdatus, in agno occisus, in homine crucifixus; deinde inferni triumphator exstitit gloriosus. Recede ergo in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ sancti. Da locum Spiritui sancto, per hoc signum crucis ✠, *Hîc signet cruce frontem obsessi.* Domini nostri Iesu Christi: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

*Si nondum recesserit spiritus malignus, Sacerdos prosequitur* ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus conditor & defensor humani generis, qui hominem ad imaginem tuam formasti, respice super hunc famulum tuum [hãc famulam tuam] N. qui [quæ] dolis inuidi serpentis appetitur, quem [quam] vetus aduersarius, antiquus hostis terræ, formidinis horrore circumuolat, & sensum mentis

huma-

humanæ ſtupore defigit, terrore conturbat,& metu trepidi timoris exagitat: Repelle Domine virtutem diaboli, fallaceſque eius inſidias amoue: procul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ſigno crucis ✠ in fronte famulus tuus munitus, [famula tua munita,]& in anima tutus [tuta] & corpore.

*Hîc ter faciet ſignum crucis in pectore, dicens:* Tu pectoris huius ✠ interna cuſtodias: tu viſcera ✠ regas, tu corda ✠ confirmes: in anima aduerſatricis poteſtatis tentamenta euaneſcant. Da Domine ad hanc inuocationem ſanctiſſimi nominis tui gratiam, vt qui hucuſque terrebat, territus aufugiat, & victus abſcedat, tibique poſſit hic famulus tuus [hęc famula tua] & corde & mente præbere famulatum. Per Chriſtum, &c.

Adiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum & mortuorum, per factorem tuum, per factorẽ mundi, per eum qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam, vt ab hoc famulo [hac famula] Dei N. qui [quæ] ad Eccleſiæ ſinum recurrit, feſtinus diſcedas. Adiuro te iterùm, non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus ſancti, vt deſiſtas ab hoc famulo [hac famula] Dei N. quem [quam] omnipotens Deus ad imaginem ſuam fecit. Cede igitur, cede, non mihi ſed miniſtro Chriſti. Illius enim te vrget poteſtas, qui te, affixus cruci, ſubiugauit: illius brachium contremiſce, qui deuictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis: ſit tibi formido imago Dei. Ne reſiſtas, nec moreris diſce-

dere

dere ab homine; quoniam complacuit Deo in homine habitare. Et ne cōtemnendum me putes, dùm me peccatorem eſſe cognoſcis, imperat tibi Deus, imperat tibi maieſtas Chriſti; imperat tibi Deus Pater, imperat tibi Deus Filius, imperat tibi Deus Spiritus ſanctus; imperat tibi fides Apoſtolorum Petri & Pauli, & cęterorum Sāctorum; imperat tibi Martyrum ſanguis; imperat tibi Sacramentum Cru✠cis; imperat tibi myſteriorum virtus. Exi ergo tranſgreſſor, exi ſeductor, plene omni dolo & fallacia, veritatis inimice, innocentium perſecutor. Da locum duriſſime, da locum impiiſſime, da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis; qui te ſpoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligauit, & vaſa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras, vbi tibi cum miniſtris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerarie retractas? reus omnipotenti Deo es, cuius ſtatuta tranſgreſſus es: reus es Filio eius Ieſu Chriſto Domino noſtro, quem tentare auſus es, & crucifigere præſumpſiſti: reus es humano generi, cui tuis perſuaſionibus mortis fructum propinaſti.

Si adhuc non ceſſauerit, aut receſſerit, proſequitur Sacerdos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotēs, æterne Deus: Hoſanna in excelſis, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugam, tyrannum, & apoſtatam gehennæ ignibus deputaſti: qui Vnigenitum tuum

in hunc mundum misisti, vt illum rugientem contereret: velociter attende, accelera, vt eripias hominem, ad imaginem & similitudinem tuam creatum, à ruina & dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum super bestiam quæ exterminat vineam tuam; da fiduciam seruis tuis, contra nequissimum draconem pugnare fortissimè, ne contemnat sperantes in te, & ne dicat sicut in Pharaone iam dixit, Deum non noui, & Israël non dimittam. Vrgeat illum dextera tua, potens expellere à famulo tuo [famula tua] N. ne diutiùs captiuum præsumat tenere hominem, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es: & in Filio tuo redemisti. Qui tecum viuit & regnat. ℟. Amen.

Adiuro ergo te draco nequissime, in nomine Agni immaculati, qui ambulauit super aspidem & basiliscum, qui conculcauit leonem & draconem: vt discedas ✠ ab homine, discedas ab Ecclesia ✠. *Hîc producit signum crucis super circumstantes.* Contremisce & effuge, inuocato nomine Domini; quem inferi tremunt; cui virtutes cælorum, potestates & dominationes subiectę sunt; quem Cherubim & Seraphim indefessis vocibus laudant: imperat tibi Verbum caro factum, imperat tibi natus ex Virgine, imperat tibi Iesus Nazarenus, qui te cùm discipulos eius contemneres, elisum atque prostratum, exire præcepit ab homine; quo præsente, cùm te ab homine separasset, nec porcorum gregem contingere prę-sumebas. Recede ergo nunc adiuratus in nomine

eius ab homine quem ipse plasmauit. Durum est tibi velle resistere, durum est tibi contra stimulum calcitrare: qui quantò tardiùs exis, tantò maius tibi supplicium crescit: quia non homines contemnis, sed illum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Si oppressus nondum fuerit liberatus, prosequitur Sacerdos: ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotẽs Domine, Verbum Dei Patris, Christe Iesu, Deus & Dominus vniuersæ creaturæ, qui sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes & scorpiones; qui inter cętera mirabilium tuorum præcepta, dignatus es docere, dæmones effugare; cuius virtute motus tamquam fulgur de cælo satanas cecidit: tuum sanctum nomen cum timore & tremore suppliciter deprecor, vt indignissimo mihi seruo tuo, data venia omnium delictorum meorum, confidentiam & possibilitatem donare digneris, vt hunc crudelem draconem, brachij tui sancti munitus potentia, fiducialiter & securè aggrediar: per te Iesu Christe Domine Deus noster: Qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Adiuro ergo te omnis immundissime spiritus, omne phantasma, omnis incursio satanæ, in nomine Iesu Christi ✠ Nazareni, qui post lauacrum Iordanis in desertum ductus est, & te in tuis sedibus vinxit, vt quem de limo terræ ad honorem gloriæ

suæ

ſuæ formauit, tu deſinas impugnare: & in homine miſerabili non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo, qui te, humiliato famulo ſuo Iob, in ſeruitutem redegit. Cede Deo, qui & malitiam tuam in Pharaone, & in eius exercitu per Moyſen ſeruum ſuum in abyſſum demerſit. Cede Deo, qui te per Danielem puerum ſuum perdidit, & draconem proſtrauit. Cede Deo, qui te per fideliſſimum ſeruum ſuum Dauid, de rege Saulē, ſpiritualibus canticis pulſum fugauit. Cede Deo, qui te in Iuda Iſcarioth proditore damnauit. Ille enim te diuinis verberibus angit, in cuius conſpectu cum tuis legionibus tremens & clamans dixiſti: Quid nobis & tibi fili Dauid? veniſti ante tempus torquere nos? Ille te perpetuis flammis vrgeat, qui in fine temporum dicturus eſt impiis: Ite maledicti in ignem æternum, quē præparauit Pater meus diabolo & angelis eius. Tibi enim impie & angelis tuis vermes erunt, qui numquam morientur: Tibi & angelis tuis præparatur inextinguibile incendium, quia tu es princeps maledicti homicidij, tu auctor inceſtus, tu ſacrilegorum caput, tu artium peſſimarum magiſter, tu hæreticorum doctor, tu totius obſcœnitatis inuētor. Exi ergo impie, exi ſcelerate, exi cum omni fallacia tua, quia hominem templum ſuum voluit eſſe Deus. Sed quid diutiùs moraris hîc? Da honorem Deo Patri omnipotenti, cui omne genu flectitur. Da locum Domino Ieſu Chriſto, qui pro homine ſanguinem

suum sacratissimum fudit. Da locũ Spiritui sancto, qui per beatum Apostolum suum Petrum te manifestè strauit in Simone mago: qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnauit: qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit: qui te in Bariesu mago, per Apostolum suum Paulum cæcitatis caligine perdidit: & per eumdem de Pythonissa, verbo imperans, exire pręcepit. Discede ergo nũc, discede seductor: tibi eremus sedes est, tibi habitatio serpens est. Humiliare & prosternere, iam non est differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat citò, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos suos. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere. Ille te eiicit, cuius oculis nihil occultum est: ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt: ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparauit æternam gehennam; de cuius ore exiet gladius bis acutus: Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Possunt legi Psalm. Deus in adiutorium. Psalm. In Domino cõfido. Et Psalm. Quid gloriaris in malitia.

Item Litaniæ cum precibus suis & orationibus.

EXORCISMVS CONTRA imminentem tempestatem fulgurum & grandinis.

PEr signum ✠ crucis de inimicis ✠ nostris libera nos ✠ Deus noster, In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Dicitur Symbolum

fidei, scilicet, Credo in Deum, &c. Deinde, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. ℣. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. ℟. Et fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Exurge Christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quique flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in cruce ✠ extendisti, quibus aërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris, & à sinistris, video aërem perturbare, dissoluere & annihilare digneris: vt alligata potestas dæmonum, impiè desæuientium, deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis & regnas.

Postea conuersus ad nubes, signet eas signo crucis, dicens: Circumdet te nubes Deus Pater ✠, circumdet te Deus Filius ✠, circumdet te Deus Spiritus sanctus ✠. Destruat te Deus Pater ✠ destruat te Deus Filius ✠, destruat te Deus Spiritus ✠ sanctus.

suum sacratissimum fudit. Da locũ Spiritui sancto, qui per beatum Apostolum suum Petrum te manifestè strauit in Simone mago: qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnauit: qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit: qui te in Bariesu mago, per Apostolum suum Paulum cæcitatis caligine perdidit: & per eumdem de Pythonissa, verbo imperans, exire pręcepit. Discede ergo nũc, discede seductor: tibi eremus sedes est, tibi habitatio serpens est. Humiliare & prosternere, iam non est differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat citò, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos suos. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere. Ille te eiicit, cuius oculis nihil occultum est: ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt: ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparauit æternam gehennam; de cuius ore exiet gladius bis acutus: Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℞. Amen.

Possunt legi Psalm. **Deus in adiutorium.** Psalm. **In Domino cõfido.** Et Psalm. **Quid gloriaris in malitia.**

Item Litaniæ cum precibus suis & orationibus.

## EXORCISMVS CONTRA imminentem tempestatem fulgurum & grandinis.

PEr signum ✠ crucis de inimicis ✠ nostris libera nos ✠ Deus noster, In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Dicitur Symbolum

fidei, scilicet, Credo in Deum, &c. Deinde, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. ℣. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. ℟. Et fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Exurge Christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quique flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in cruce ✠ extendisti, quibus aërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris, & à sinistris, video aërem perturbare, dissoluere & annihilare digneris: vt alligata potestas dæmonum, impiè desæuientium, deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis & regnas.

Postea conuersus ad nubes, signet eas signo crucis, dicens: Circumdet te nubes Deus Pater ✠, circumdet te Deus Filius ✠, circumdet te Deus Spiritus sanctus ✠. Destruat te Deus Pater ✠ destruat te Deus Filius ✠, destruat te Deus Spiritus ✠ sanctus.

Comprimat te Deus Pater ✠, comprimat te Deus Filius ✠, comprimat te Deus Spiritus ✠ sanctus. ℟. Amen.

Obsecratio. Sanctus Matthæus, S. Marcus, S. Lucas, S. Ioannes Euangelista, qui Christi Euangelium per quatuor mundi partes diuulgarunt, ipsi suis meritis & precibus hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus ab eodem Domino nostro Iesu Christo remoueri obtineant & depelli.

Exorcismus. Et ego peccator & Christi Sacerdos, seu minister, licet indignus, auctoritate & virtute eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, summi Imperatoris, non mea potentia innixus & confisus, vobis præcipio, immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi ✠, per sanctissimam eiusdem incarnationem, per sanctam natiuitatem, per baptismum & ieiunium ipsius, per eius sacratissimam crucem ✠ & passionem, per sanctam resurrectionem, per admirabilem ascensionem, per tremendum aduentum eius ad iudicium, per merita intemeratæ semperque virginis Mariæ, & sanctissimi N. & per merita omnium Sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis siluestribus & incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis vsibus deputatis. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est

iudi-

iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes commouetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ✠ ipse vobis imperat, qui sua sacratissima cruce, corporis sui sanctissimi in ea extensione, aërem purgauit: ✠ ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque deuicit & ligauit, atque æternæ gehennæ mancipauit ignibus: ✠ ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis: ✠ ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus, virtute sua ascendit in cęlum: ✠ ipse vobis imperat, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Et postea ostendat crucem in aëra, dicens: Ecce lignum sanctissimæ crucis, fugite partes aduersæ; vicit enim vos & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, Imperator summus, leo de tribu Iuda, Radix Dauid.

Postea aqua benedicta in modum crucis aspergat per quatuor latera. Dicendæ sunt etiam Litaniæ, si nondum quieuit tempestas. Symbolum Athanasij. Quicumque vult. Antiph. Salue regina. &, Sub tuum præsidium. Cant. Benedicite omnia. cum ℣. Gloria Patri. in quolibet versu dicti Cantici. Deinde ℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu. ℟. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni, &c. ℣. Exurge

Christe,

Christe, adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi. &c. ℣. Dominus vobiscum. &c.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis.

Oratio.

PRotege Domine famulos tuos subsidiis pacis; & beatæ Mariæ semper virginis patrocinio cõfidentes, à cũctis hostibus & periculis redde securos.

Oratio.

A Domo tua, quæsumus Domine, spiritales nequitiæ repellantur: & aërearum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi: & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, vt qui iustè pro peccatis affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

LArgiri & fructus terræ conseruare dignare, Domine Deus noster, vt temporalibus gaudeamus auxiliis, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum.

Potest dici etiam Oratio illius Sancti in cuius honore constructa est Ecclesia, & aliorum Sanctorum, in quibus plus de eorum adiutorio confidimus, propter specialem deuotionem nostram. Possunt quoque dici & aliæ deuotæ

Orationes, cum compunctione & cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum permanserit, poterunt supradicta pluries repeti.

## EXORCISMVS DOMVS à dæmonio vexatæ.

SAcerdos indutus superpellicco & stola, dicit: In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. Amen. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam contulisti, vt quidquid in tuo nomine dignè perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur; quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modò visitaturi sumus, visites: & quidquid benedicturi, benedicas ✠: & ad ea quę acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: sintque ad nostræ humilitatis introitum (sanctorū tuorum meritis) fuga dæmonum, & angeli pacis ingressus. Per Christum. ℟. Amen. Oremus.

DEus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorū, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, & omnium bene viuentium: Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, te inuoco, & nomen sanctum tuum, ac præclaræ maiestatis tuæ clementiam supplex deposco, vt mihi auxilium præstare digneris, aduersum

nequissimum spiritum; vt vbicumque sit, audito nomine tuo velociter exeat & recedat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Coniuratio..

Adiuro te Serpens antique, per iudicem viuorum & mortuorum, per factorem mundi, qui habet potestatem mittere te in gehennam, vt ab hac domo festinus discedas. Ipse tibi imperat maledicte diabole, qui ventis ac mari, & tempestatibus imperauit. Ipse tibi imperat, qui te de supernis cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi imperat, qui te retrorsum abire præcepit. Audi ergo Satana, & time, & victus & prostratus recede, adiuratus in nomine Domini nostri Iesu Christi: Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos incipiat quindecim Psalmos graduales, & prosequatur quinq; priores, aqua benedicta aspergendo loca domus. Psalm. Ad Dominum cùm tribularer. Psalm. Leuaui oculos meos. Psalm. Lætatus sum. Psalm. Ad te leuaui oculos meos. Psalm. Nisi quia Dominus erat in nobis. Singulos cum Gloria Patri. Quibus finitis, dicit Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. &c. ℟. Sed libera nos. &c. ℣. Domine exaudi. &c. ℟. Et clamor meus. &c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domum tuam Domine clementer ingredere, & in tuorum cordibus fidelium, perpetuam tibi construe mansionem: & præsta vt in hac domo

nulla

nulla malignorum spirituum dominetur nequitia. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde dicuntur alij quinque Psalmi, etiam aspergendo loca domus. Psalm. Qui confidunt. Psalm. In conuertendo. Psalm. Nisi Dominus. Psalm. Beati omnes. Psalm. Sæpè expugnauerunt. Singuli cum Gloria Patri. Statim dicit Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. &c. ℟. Sed libera. ℣. Dñe exaudi. &c. ℟. Et clamor meus. &c. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, totus operaris; adesto supplicationibus nostris, vt huius domus sis protector, & nulla hîc nequitia contrariæ potestatis obsistat: sed (virtute Spiritus sancti & operatione) fiat tibi hîc purum seruitium, & deuota libertas existat. Per Christum. ℟. Amen.

Postea dicuntur alij quinque Psalmi graduales, aspergendo, vt suprà, loca domus, aqua benedicta: Psalm. De profundis. Psalm. Domine non est exaltatum. Psal. Memento Domine Dauid. Psalm. Ecce quàm bonum &c. Psalm. Ecce nunc. Singuli cum Gloria Patri. Quibus finitis, dicit Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. &c. ℟. Sed libera. &c. ℣. Domine exaudi. &c. ℟. Et clamor. &c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus qui in omni loco dominationis tuę, custos & protector assistis, exaudi nos quæsumus; vt

inuiolabilis huius domus permaneat bene ✠ dictio; & beneficia tui muneris, vniuersitas quæ supplicat, mereatur. Per Christum. ℟. Amen.

*Postea in principali loco domus, legat sequens Euangelium.* ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo.
℣. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic erat princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachęe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacchæus, dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.
℟. Laus tibi Christe.

*Deinde benedicitur incensum hoc modo:* Per intercessionem Beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum,

incen-

incensum istud dignetur Dominus bene✠dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea Sacerdos ponat incensum super ignem, & incenset domum, dicens: Incensum istud à te benedictum, ascendat ad te Domine, & descendat super nos misericordia tua. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Visita quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Iesum Christum. ℟. Amen.

Postea domum & habitatores eius benedicat, dicens: Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠sancti, descendat super hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat semper. ℟. Amen. Et aspergat aqua benedicta.

## INSTRVCTIO ADVERSVS afflictiones ex detrimentis possessionum.

*Sicut inter cætera flagella, quibus Deus hominis inobedientiam punit, etiam terra sterilitatis maledictioni subiecta est, vt non proferat fructus humano vsui conuenientes sine laboribus & molestiis: ita etiam iumenta homini ad subsidium victus & vitæ diuinitus data, propter peccata nostra interdum morbis affliguntur, vel, Deo sic permittente, per incantationes & dia-*

 *bolicas*

*bolicas artes impediuntur, ne homini consueta solatia præstent. Quæ detrimenta dum euadere non possumus, docemur per fidem patienter ferre, & in materiam exercendæ virtutis conuertere. Sed Ecclesia pia & sollicita mater, etiam exorcismis & adiurationibus secundùm potestatem à Deo sibi factam, diaboli insidias repellere studet, & creaturas humanis necessitatibus destinatas, non modò in naturalem, sed etiam in salutarem vsum per orationes & benedictiones sibi iterùm asserit & vendicat.*

*Hæc in primis videre licet in benedictione salis & aquæ & similium rerum quæ in sacratiorem vsum ab Ecclesia assumuntur. Cumq; Apostolus dicat omnem Creaturam bonam esse & sanctificari per verbũ Dei, & orationem: licet etiam hanc sanctificationem extendere ad pecora & eorum pabula, quæ quidem quod ad præsens attinet, in hoc posita est, vt ad conuenientem & salutarem vsum repurgentur à diaboli fraudibus, ne (quod Scriptura ait) creaturæ quæ ad commoditatem homini subseruiunt, per insipientiam fiant decipulæ & captionis laquei.*

*Formulas autem exorcismorum & benedictionum in Pontificali & Missali videre licet, & quamquam etiam aliæ à temerariis excogitari possent, tamen expedit illas retineri quæ ab Ecclesia in vsum receptæ sunt, à veteribus vsitatæ, vel proximè ad eas accedunt. Non tantùm vt securiores simus à superstitione & erroribus*

*aliis: sed etiam quia efficacior est oratio nostra, quando cum Ecclesiæ precibus viuaciter coniungitur. Ad quam rem cōferet etiā ipsa verba ab Ecclesia vsitata retinere.*

*A superstitionibus autem & nouitiis, aliisq́; diaboli fraudibus persollicitè cauendum, quemadmodum dicitur in decretis, vbi vetatur, ne in colligendis herbis aliud adhibeatur, quàm oratio Dominica, vel Symbolum fidei; quibus nemo temerè audeat sua adiicere.*

*Quæ iam generaliter dicta sunt, ad particulares vsus facilè applicari possunt, pro loco & tempore & rerum occurrentium necessitate. Sed præcipua cura esse debet de apparatu, hoc est, vt per verā pœnitentiam ad Deum ex corde conuertantur, qui in afflictione remedia quærunt, hoc autem dicitur potissimùm propter formularios illos, qui diuersas agendi formulas conquirunt, & si per vnam non succedit, subinde aliam atque aliam adhibent, tanquam in forma agendi principalis virtus collocanda esset, cùm multo maior sollicitudo esse debeat de pietate & præparatione ad orandum, quàm de forma agendi, verbigratia. Si (de quo hic frequentes sunt querelæ) lactis vel butyri subsidia per incantationes & maleficas artes subtrahuntur, corrumpuntur, vel impediuntur, instruatur matrona quæ lacticiniis præest: in primis vt peccatis suis, suorumq́; imputet detrimenta quæ patitur, seseq́; ad patientiam componat, & diuinæ voluntati se fideliter submittat, etiam ad grauiora ferenda, si suæ saluti expediat & benignissimo Domino ita videatur;*

*deatur; & recollecta conscientia, si opus esse videat, se ad puram confessionem præparet, cæteraq; faciat quæ ad veram pœnitentiam, & iram Dei placandam suprà posita sunt. Deinde oret Deum, vt per misericordiam suam necessaria vitæ subsidia gratiosè sibi suisq; concessa conseruare dignetur.*

*Dum autem ad opus se parat, ad excitandam in se fiduciam recitet attentè & religiosè symbolum Fidei, & orationem Dominicam, ac similes preces cũ humilitate coram Deo fundat, & crucis signaculo munita lactarium opus confidenter aggrediatur, licet autem & aquam benedictam, aut consecratos cereos, & similia, quæ ad fugandos dæmones in Ecclesia parantur, & benedicuntur religiosè ac confidẽter adhibere, & aspergere pecora, vel stabulum aut pabulum: nam in consecratione aquæ hoc ab Ecclesia petitur, vt vbi aspersa fuerit, dæmones fugere debeant. Si nõ assequitur quod postulat, accersat Sacerdotem publicum Ecclesiæ ministrum, cùm cuius actione suam deuotionem, piè coniungat, de qua re extat exemplum narratum ab Augustino cap. 8. lib. 22. de ciuit. Dei: Vir Tribunitius Hesperius (inquit) qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum, vbi cum afflictione animalium & seruorũ suorum domum suam malignorum spirituum vim noxiam perpeti cõperisset, rogauit nostros me absente presbyteros vt aliquis eorum eò pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans*

quan-

*quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deo protinus miserante cessauit. Hic Augustinus nullius formæ meminit, orans (inquit) quantum potuit. Nam, vt suprà dictum est, non tam de forma agendi solliciti esse debemus, quàm vt piè, religiosè ac deuotè oremus, quacumque tandem forma, siue quibuscumque verbis.*

*Etsi autem nulla oratio sit comparanda cum ea quam Dominus noster Apostolis suis dictauit, in qua omnia, quæ peti possunt, optimo ordine digesta sunt, & ob id vsitatissima nobis esse debet, tamen quia varietas delectat & pro necessitate rei occurrentis aliud atque aliud, in particulari petendum est, licebit orationes proprias accommodare ad causam occurrentem.*

Contra pestem & afflictionem animalium.

EXorcizo te dæmon, & admoneo te per Deum viuum ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum ✠ vt exeas atque recedas de loco isto, nec vmquam reuertaris, nec habitantibus in eo aut homini aut bruto pauores immittas, aut quodcumque maleficium inferas, per eum qui te vicit & superauit in patibulo crucis: & potestatem tuam ligauit, quique cum Deo Patre & Spiritui sancto viuit & regnat, per omnia sæcula sæculorum.

Deinde aspergatur tota domus aqua benedicta. Oratio

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus: vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus non perire. Per Dñm nostrum.

AVerte quæsumus Domine à fidelibus tuis cunctos miseratus errores, & sæuientium morborum qui grassantur in animalia depelle perniciem, vt quos suo merito flagellas, deuios foueas tua miseratione correctos. Per Dominum nostrum, &c.

His orationibus addi poterunt Psalmi.

Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri.

Psalmus 56.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

Misit

M isit de cælo,& liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
M isit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.
F ilij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.
E xaltare super cælos Deus: & in omni terra gloria tua. L aqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
F oderunt ante faciem meam foueam:& inciderunt in eam.
P aratum cor meum Deus,paratum cor meum:cantabo & psalmum dicam.
E xurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
C onfitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.
Q uoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.
E xaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.
G loria Patri. Psalmus 7.

D Omine Deus meus,in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.
N e quando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat,neque qui saluum faciat.
D omine Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & Synagoga populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
Iudica me Domine secundùm iustitiam meam: & secundùm innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum: scrutans corda & renes Deus.
Iustum adiutorium meum à Domino: qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturiit iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confi-

Confitebor Domino secundùm iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

Gloria Patri.

Oremus. Oratio.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

DEus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab eis in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcismus pro impeditis in matrimonio à dæmone vel maleficis.

ADiutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum & terram. ℣. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. Esto eis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, Dei & beatæ Mariæ virginis filius, qui in paradiso terrestri matrimonium instituisti in officium, & conseruationem, & multiplicationem humanę naturæ, & ipsum matrimonium mirabiliter honorasti in aduentu tuo, ex primordiis miraculorum tuorum: tu per merita, & preces beatissimæ virginis Mariæ matris tuę, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum digneris hos quos matrimonialiter coniunxisti, bene ✠ dicere, ac plenè liberare ab omni ligamento, fascinamento, & maleficio satanæ, & dare fecunditatem, & gratiam, vt liberè possint vti matrimonio suo, ad generandum, concipiendum, portandum, pariendum, & nutriendum proles gratas Deo & hominibus. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen. Iesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, sit vobis clemens, & propitius. Amen.

Psalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarũ: in circuitu mẽsæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorũ: pacem super Israel.

Gloria Patri. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui vterum beatæ virginis Mariæ mirabiliter fecundasti, vt de Spiritu sancto conciperet, portaret, pareret, ac nutriret: te Deum, ac Dominum Saluatorem nostrum suppliciter inuocamus per clemẽtiam tuam, vt his famulis tuis N. & N. fecunditatem donare digneris, vt generare, concipere, portare, parere, ac nutrire tibi valeant prolem in vitã æternam. Amen. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen.

Psalmus 1

BEatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet: & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Iesus Mariæ Filius, mundi salus, & Dominus, qui beatissimæ virgini Mariæ matri suæ felicem partum tribuit. Ipse tibi concedat, vt possis in vtero portare, fouere, parere, & bene nutrire prolem Deo gratam, & hominibus. In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

## DE DISCERNENDIS SPIRITIBVS.

*ETsi donum discernendi spiritus non sit omnium, sed peculiari gratia quibusdam conceditur, & negare non velimus, quin bonorum hominum spiritus singulari dispensatione Dei redire possunt, sicut ex Gregorij dialogis constare potest, & de Angelorum apparitionibus multa in Scripturis habētur: tamen cùm istis malignorum spirituum fraudes optimè sint notæ & probè sciant, quantum nobis ab eorum insidiis periculi sit, nihil offendentur, si cautißimè nobis prospiciamus, & omnem insolitam apparitionem suspectam habeamus, ac proinde sicubi spiritum tumultuantem aut cientem terribiles strepitus audierimus, aduersus eum tamquam dæmonem armemur, tantisper donec aliud certißimis documentis deprehendatur. Et in hunc vsum accommo-*

*dari*

*dari possunt, quæ de spirituum immundorum discretione prolixè disserit D. Athanasius in vita Diui Antonij ante medium opusculi, potißimùm à loco vbi habet, Nūc iam cæteras vobis Dæmonum explicabo fallacias.*

*Opportunè autem satis duæ formulæ superiùs subinde repetitæ, quarum altera precibus potissimùm, altera Exorcismis & adiurationibus nititur, inuicem iunguntur in vsu Ecclesiastico, & vicissim sibi succedunt: nam & precantibus fiduciam addit promissio Christi, potestatē instituentis; & efficaciam acuit, vsumq́; potestatis religiosiorē facit pietas humiliter supplicantium.*

*Postquam omnia tentata sunt, siue succedat pro voto siue non succedat, præ oculis habenda & in vsum trahenda est consuetudo sancti Antonij, qui teste Athanasio patientibus condolebat: & quamquam Dei adiutorio multos liberaret, numquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut de obseßis adhuc corporibus aut afflictis murmurauit, si non sequeretur liberatio: magis autem eodem semper animo & vultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis vt correptionem, qua vexabantur, patienter ferrent. Non enim Antonij, aut cuiuspiam hominum hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui consueuit & quibus vellet, & quo vellet tempore dare sanitatem. Ita consolatione sua & vexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam liberatos non sibi, sed Deo gratiam referre docebat. Sicut autem piorum preces, certißimas promis-*

*siones habent in Scripturis quòd exaudiatur, & tamen ex multis causis contingit differri desiderium etiam humiliter supplicantium, vt vel id ipsum non accipiant quod petebant, vel non statim accipiant: ita non est in dubium vocanda potestas, quæ ad Exorcismos in ordinatione datur ministris Ecclesiæ in ædificationem, etiamsi interdum corporaliter vexati ab eis non liberentur, sicut Apostolo non expediebat liberari ab angelo satanæ. Interdum etiam in præparatione ministri defectus esse potest. Nam & Christus Apostolis rogantibus, quare dæmonium eiicere non potuissent, respondit, propter incredulitatem vestram. Possunt & aliæ esse causæ. Sanè dæmones torqueri piorum precibus & religiosa commemoratione triumphorum crucis Christi, notissimum est, vndecumque tandem fiat, vt etiam flagellati, & verberibus attriti non cedant.*

*Hæc omnia videntur satis consonare Ecclesiasticis Regulis. In formulis autem Exorcismorum, quæ non habent certum documentum legitimæ approbationis, diligenter cauendum à superstitionibus quæ sæpè immiscentur, quales quædam circumferuntur ab indoctis hominibus: nec illi Exorcismi tantùm reiiciendi sunt, qui per inscriptos characteres & nomina Barbarica satis apertum superstitionis indicium præ se ferunt, sed & alij, in quibus occultè magis, & ob id periculosiùs immiscentur vanæ ceremoniæ & ritus, ab ecclesiastica consuetudine alieni, & tamen (quæ est diaboli fraudu-*

lenta

*lenta calliditas, & noxia illusio) etiam talibus cedere & fugari videtur. Sed videndum ne Dei permissione, & in vindictam superstitionis sic cedat & abstineat à possessionum detrimentis & corporum infestationibus, vt animas sibi magis obnoxias reddat. Proinde non est titulis illis multum confidendum, qui libellis interdum præfiguntur, Probatum vel expertum est, &c. Nam in hisce rebus non tam ab experientia sumendum iudicium, quàm à regulis fidei, quibus probè seruatis experientiæ etiam aliquid tribui potest.*

*Ex his quæ in ordinatione Exorcistarum dicuntur, videri queat, quòd antiquitus certa aliqua forma præscripta fuerit, ad reprimendos aut eiiciendos dæmones: sed non constat hanc aliam fuisse, quàm qua in sacro Baptismate, aut Ecclesiarum & altarium consecratione vtimur. Et quamquam etiam certum non sit, quòd ea ipsa fuerit, tamen à periculo sumus securi, dum Ecclesiasticam regulam sequimur & eas formulas seruamus, quas Ecclesia Sacramēto Baptismi, vel aliis rebus quas in religiosum vsum ex consuetudine consecrandas suscipit, adhibere solet. Verùm cùm Baptismales exorcismi transferuntur in vsum, qui nunc tractatur, non adhibentur tamquam sacramentales, & ob id non ita religiosè inhærendum est eis, vt si quid amplius, aut minus, aut alio ordine fiat, putetur propterea violata actio. Expedit tamen in publicis exercitiis, seruari vniformitatem. Et siquidē res notabilis sit & formidabile*

*aliquid præ se ferat, tutius erit adhibere socios actionis & cooperatores, non tantùm propterea quòd animus societate corroboratur & firmatur, sed etiam, & magis propterea, quòd consensus comprecantium orationem facit efficaciorem & singularem promißionem impetrationis habet, iuxta illud: Si duo vel tres in vobis consenserint, &c. Et propterea vt maior sit fiducia, omnes quorum negotium agitur, moneantur, vt se ad pietatẽ componant, & vota sua sacerdotum actionibus & precibus coniungant. Sic autem piè affectis & benè præparatis, etiã Christus sua virtute haud dubiè singulare defensionis præsidiũ conferet, vt formidare non debeant à furoribus maligni hostis, qui tanta securitate subnixi sunt.*

ORATIONES SIVE EXORCISMI, D.D. Basilij atque Ioannis Chrysostomi, super iis qui à dæmonibus vexantur, & aduersus quamlibet infirmitatem. Ex Græcorum Euchologio per Hieron. Varlemum conuersæ, atque de integro accuratiùs ad exemplar Venetum per Wilhelmum Damasi Lindanum expressæ simul & castigatæ.

DEus Deorum, & Dominus Dominorum, ignitorum Ordinum fabricator & incorporearum Virtutum opifex, cælestium & terrestrium artifex, quem nemo hominũ vidit nec videre potest, quem timet & tremit omnis creatura, qui principem illum, cælestis militiæ, dura obnitentem ceruice, &

tuum ministerium per inobedientiam spernentem in terram proiecisti, & angelos vnà cum illo desertores dæmones factos in tartareas demersisti tenebras, Da vt Exorcismus hic in tremendo tuo nomine factus, terrori sit ipsi principi omnis nequitiæ, & omnibus turmis ipsius vnà cum illo delapsis ex cælesti illo & lucido contubernio; & verte illum in fugam, & manda ipsi & dæmonibus ipsius prorsus secedere, ne quid noxium contra signatam tui imaginem operetur. Sed accipiat hic signatus, robur fortitudinis calcandi super serpentes & scorpiones & omnem potestatem inimici: ab omni enim spiritu laudatur, magnificatur, & cum timore glorificatur sanctissimum nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio vnà cum Exorcismo.

ADiuro te omnis malitiæ & blasphemiæ primum auctorem, rebellionis principem, prauitatis artificem. Adiuro te eiectum ex alto lucis contubernio, & in tenebrosam abyssum delapsum, propter elationem. Adiuro te & omnem potestatē vnà tecum elapsam sectatricem tui propositum immunde spiritus per Deum Sabaoth, per omnem virtutem Angelorum Dei, per Deum Adonai, per Deum omnipotentem, exi & secede à famulo hoc Dei. Adiuro te per Deum, qui verbo omnia condidit, & per Dominum nostrum Iesum Christum vnicum Filium ipsius, qui ante sæcula ineffabiliter & impassibiliter ex eo genitus est, qui inuisibilem & visibilem crea-

turam fabricatus eſt, qui ſecundùm ſui imaginem, hominem finxit, eumq́ue lege priùs naturaliter ceu Pædagogo quopiam erudiuit, & Angelorum præſidio muniuit, qui olim peccatum cataclyſmo diluit, & abyſſos quæ ſub cælo erant aperuit, & gigantes impiè agentes perdidit, & turrim prophanorum deiecit, & Sodomorum, Gomorrhæorumq́ue terram igne diuino in cinerem redegit, in cuius rei teſtimonium fumus aſſiduus exhalatur, qui virga pelagus rupit, & populum ſiccis pedibus traduxit, & Pharaonem tyrannum & exercitum Deo repugnãtem, in perpetuum fluctibus demerſit, & impietatis bellum ſuſtulit, qui in nouiſſimis diebus ex pura Virgine ineffabiliter carnem aſſumpſit, & virginitatis ſignaculum inuiolatum cuſtodiuit: qui pro ſuo beneplacito maculam vetuſtam Baptiſmate abluere dignatus eſt, quam ex præuaricatione contraximus. Adiuro te per eum qui in Iordane baptizatus eſt, & typum immortalitatis in aquis per gratiam nobis exhibuit, quem Angeli & omnes Virtutes cælorum obſtupuerunt, incarnatum Deum videntes tam modeſtè ſe agentem, quando æternus Pater Filij ab æterno natiuitatem reuelauit, & deſcenſus Spiritus ſanctæ Trinitatis vnionem teſtificatus eſt. Adiuro te per eum, qui ventos increpauit, & tempeſtatem maris ſedauit, qui cateruam dæmonum pepulit, & oculorum pupillas, quæ ab vtero matris defuerant, luto illito cæcis ad videndum aperuit, & priſcam generis humani conditionem innouauit, mutis vt

loquerentur dedit. Lepræ stigmata detersit, & è sepulchris mortuos suscitauit, qui vsque ad sepulturam cum hominibus est conuersatus, & resurrectione sua infernum spoliauit, vniuersamque naturam humanam morte superiorem reddidit. Adiuro te per Deum omnipotentem, qui diuina voce hominibus salutaria inspirauit, & Apostolis cooperatus vniuersum terrarum orbem pietate repleuit: fuge, amolire, secede, immunde & scelerate spiritus subterranee, in profundis demerse, fraudulente, deformis, per impudentiam visibilis, per hypocrisim inuisibilis: vbicumque tandem sis vel abis, siue es Beelzebub, siue concussor, aut draconis aut ferę animantis forma præditus, vel vt vapor, vel vt vir, vel vt femina, vel vt reptile, vel vt volucre aut noctu loquẽs, aut surdum, aut mutum vel incursu territans, vel lacerans, aut insidians, aut in somno molestans, aut in morbo, aut imbecillitate, aut risu intempestiuo agitans, aut lacrymas voluptarias excitans, aut lasciuus, aut olidus, aut cupiditates commouens, aut voluptates; aut venenis gaudens, aut amoribus insaniens; aut per astra magiam exercens, aut per domestica: siue sis impudens, siue contentiosus, siue instabilis, aut simul cum luna muteris, aut longiore tempore inhæseris, aut matutinum dæmonium, aut meridianum, aut mediis grassans noctibus, aut intempestiuè, aut sub aurora, aut qui sponte arripueris hominem, aut ab aliquo immissus, aut repentè adorsus sis, siue in mari habites, siue in fluminibus, siue è terra

prodieris, siue è puteo, siue præcipitio, siue è lacu, siue stagno, siue arundineto, siue silua, siue è saltu, siue querceto, siue arbore, siue ex aue, siue tonitru, siue è tecto lauacri, siue è piscina aquarum, siue ex idolorum monumento, siue aliundè, quod scimus, aut nescimus, siue cognosci aut non cognosci possit, aut ex loco temerario; separare & amolire, verere imaginem manu Dei conditam & formatam: time incarnati Dei similitudinem, nec te occultes in Dei famulo hoc; nam virga ferrea, caminus ignis, & tartarus, & dentium stridor, vltio inobedientiæ, te manent: time, in angustum contrahere, fuge, ne regrediaris, ne occultè vspiam latites, cum reliqua peste immundorum spirituum; sed in terram aridam, desertam, incultam, quam nullus hominum inhabitat, sed solus intuetur Deus, qui vincula iniicit omnibus inuidentibus & insidiantibus suæ imagini, & tenebrosis catenis tartari mancipat, in longam noctem & extremam illam & metuendam diem, te omnium malorum tentatorem, & inuentorem diabolum. Quia magnus est timor Dei, & magna gloria Patris & Filij & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio alia eiusdem Basilij.

DEus cælorum, Deus luminum, Deus Angelorum, qui tuæ subsunt fortitudini; Deus Archangelorũ, qui tuo subiiciuntur imperio; Deus gloriosarum Dominationum, Deus Sanctorum, & Pater Domini nostri Iesu Christi: qui animas morte

vinctas

vinctas soluisti, & hominem tenebris immersum per vnigenitum Filium tuum illuminasti; qui pepulisti omnes dolores nostros, & omne onus abiecisti; qui omnes assultus inimici à nobis amoliris: Fili & Verbum Dei, qui immortales nos fecisti morte tua, & glorificasti nos gloria tua; qui largitus es nobis per resurrectionem tuam vt ex humana in diuinam transeamus naturam; qui omnia peccatorum nostrorum vincula per crucem portasti; qui lapsum & vulnera nostra assumpsisti & sanasti Domine, & viam ad cælos nobis strauisti, & corruptionem in incorruptione mutasti: exaudi me cum desiderio & metu clamantem ad te, cuius timore montes liquescunt, cum firmamento, quod sub cælo est; cuius virtute, muta elementorum ingenia horrent, custodientes suos limites; per quem ignis ille vltionis non excedet fines sibi positos, sed gemens expectat nutum tuum; propter quam omnis creatura, ceu parturiens cruciatur, gemens gemitibus inenarrabilibus iussa manere ad opportuna tempora; quam fugit omnis aduersaria potestas, & à quo hostilis exercitus domitus est, & diabolus concidit, Serpens conculcatus est, & Draco occisus est, per quem gentes tibi confitentes, illuminatæ & confortatæ sunt in te Domine, per quem vita manifestata est, spes sola data est, fides roborata est, Euangelium annuntiatum est, per quem homo è terra denuò conditus est, in te collocata fide. Quis enim tui similis Deus omnipotens? Quare oramus te Deus patrum nostrorum &

Domine misericordiæ, qui es ante sæcula omniq́ue substantia superior, respice hunc tuum famulum te adeuntem in sancto tuo nomine, & dilecti Filij tui Iesu Christi, & sancti omnipotentis, & viuifici Spiritus tui; depelle ab anima ipsius omnem languorem, omnem infidelitatem, omnem spiritum immundum, vellicatorem, subterraneum, igneum, olidum, concupiscentiæ plenum, auri argentiq́ue auidum, superbum, meretricium, tenebrosum, informem, impudentem. Ita Deus abige ab hoc famulo tuo omnem vim diaboli, omne incantamentum, omne veneficium, idololatriam, diuinationem ex astris, Græcè astromantiam, astrologiam, necromantiam, augurium, molliciem, amorem, auaritiam, temulentiam, scortationem, adulterium, lasciuiam, impudentiam, iram, contentionem, inconstantiam, & omnem suspicionem malam. Etiam Domine Deus inspira illi spiritum tuum pacificum, vt eo munitus referat fructum fidei, virtutis, sapientiæ, puritatis, continentiæ, charitatis, benignitatis, spei, mansuetudinis, longanimitatis, patientiæ, sobrietatis & intellectus, quoniam te inuocat seruus tuus, in nomine Iesu Christi credens in consubstantialem Trinitatem vnà testificantibus Angelis, Archangelis, gloriosis Dominationibus, & omni cælesti exercitu: & cum hoc custodi & corda nostra, quia potens es Domine, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Amen.

Oratio.

INuocamus te Domine Deus omnipotens altissime, quique neminem tentas, pacifice rex, inuocamus te qui fecisti cælum & terram; ex te namque ortum habet alpha & omega, principium & finis, qui dedisti vt hominibus obtemperarēt quadrupedia & bruta animantia; tu enim subiugasti ea Domine. Extende manum tuam validam, & brachium tuum excelsum & sanctum, & visitatione sancta visita hoc figmentum tuum, & demitte illi Angelum pacificum, fortem animæ & corporis custodem, qui increpet & depellat ab eo omne pestilens, & immundum dæmonium. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Oratio alia cum Exorcismo præcipuo Chrysostomi.

DIuinam, sanctam, magnam, horrendam, & intolerabilem nomenclaturam, & inuocationem facimus ad expellendum te Apostata, similiter & increpationem ad perdēdum te diabole, Deus sanctus, æternus, metuendus, inuisibilis substantiâ, inæstimabilis potentiâ, incomprehensibilis diuinitate rex glorię, & omnipotens Deus. Increpet te diabole, qui ex non existentibus vt essent, faustè per Verbum omnia constituit, qui ambulat super pennas ventorum. Increpet te Dominus diabole, qui aduocat aquam maris, & effundit eam, super faciem totius terræ, Dominus virtutum nomen eius. Increpet te Dominus diabole, cui ab innumeris Ordinibus cælestibus, & igneis, cum timore seruitur, &

hymnus dicitur, quique à plurimis choris Angelorum & Archangelorum, cum tremore adoratur & glorificatur. Increpet te Dominus diabole, qui vndique stipatur à Potestatibus circumstantibus, & à terribilissimis senis alis, & plurimis oculis instructis Cherubim & Seraphim, duabus alis facies suas velantibus propter inuisibilem & imperuestigabilem ipsius diuinitatem: & duabus alis pedes suos velantibus, ne comburantur, ex ineffabili gloria, & incomprehensibili magnificentia eius, & duabus volantibus, & cælum implentibus clamore hoc suo, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, Pleni sunt cæli & terra gloria tua. Increpet te Dominus diabole, qui ex paterno sinu descendit è cælis Deus Verbum, & per adorandam, & ineffabilem & immaculatam incarnationem, ex Virgine sancta, inenarrabiliter apparuit in mundo, vt seruaret nos, & sua potestate auctoritatis plena è cælis deiectum, omnibus ostendit. Increpet te Dominus diabole, qui mari dixit, Tace atque obmutesce; ac mandato confestim acquieuit. Increpet Dominus te diabole, qui immaculata saliua lutum fecit, quo ex natiuitate carebat cæcus, organum fingens & lumine instruens. Increpet te Dominus diabole, qui filium Archisynagogi verbo viuificauit, & viduæ filium è mortis faucibus eripuit, & suæ matri integrum & sanum reddidit. Increpet Dominus te diabole, qui Lazarum è mortuis quadriduanum, non putrefactum, nec maculatum ac velut non mortuum, in

stupo-

stuporem multorum exhibuit. Increpet Dominus te diabole, qui per alapas sibi inflictas, maledictionem aboleuit, & per lanceam purissimi lateris sui flammeam romphæam paradisi viam custodientem restrinxit. Increpet Dominus te diabole, qui per sputa iniecta in honorandam suam faciem, omnem lacrymam ab omni facię detersit. Increpet Dominus te diabole, qui crucem fixit in singulare firmamentum nostrum, & mundi salutem, in ruinam verò tuam, & omnium, qui sub te sunt angelorum. Increpet Dominus te diabole, qui edita voce in cruce sua, velum templi scidit, & petras rupit, & monumenta aperuit, & mortui à sæculo resurrexerunt. Increpet Dominus te diabole, qui morte mortem sustulit, & vitam, resurrectione sua, hominibus donauit. Increpet Dominus te diabole, qui in infernum descendit, & sepulchra illius excussit, & omnes in eo vinctos liberauit, & ad se vocauit, quem videntes ianitores horruerunt, & dolores inferni subducti defecerunt. Increpet Dominus te diabole, qui ex mortuis resurrexit Christus Deus noster, omnibus largitus suam resurrectionem. Increpet Dominus te diabole, qui in cælos cum gloria assumptus est ad Patrem suum & à dextris maiestatis in throno gloriæ residet. Increpet Dominus te diabole, qui iterùm venturus est cum gloria in nubibus cæli cum sanctis Angelis suis, iudicare viuos & mortuos. Increpet Dominus te diabole, qui ignem inextinguibilem, & vermem irrequietum, tenebras exteriores,

comminatus est tibi in supplicium sempiternum. Increpet Dominus te diabole, quem omnia horrent & tremunt à facie potestatis suæ, quoniam intolerabilis ira comminationis eius in te. Ipse te increpet diabole; per terribile nomen eius horre, treme, time, abscede, perdere, fuge, de cælo lapse, & tecum omnes maligni spiritus, omnis spiritus nequam, spiritus lasciuiæ, spiritus scortationis, spiritus nocturnus & diurnus, meridianus & vespertinus, spiritus mediis grassans noctibus, spiritus phantasticus, spiritus occursans, siue terrestris siue aquaticus, siue in saltibus, siue in arundinibus, siue in vallibus, siue in biuiis, siue in triuiis, in stagnis & fluminibus, in domibus, in aulis, in balneis discurrens, & lædens, & immutans mentem hominis, velociter secedite à plasmate conditoris Christi Dei nostri, & amolimini ab hoc famulo Dei à mente, ab anima, à corde, à renibus, à sensibus, ab omnibus membris, vt sit sanus & integer & liber, agnoscens proprium Dominum, & conditorem omnium Deum, qui congregat errantes, & dat ipsis salutis signaculum, per regenerationem & renouationem diuini Baptismatis, vt dignus inueniatur immaculatis, cælestibus & tremendis mysteriis, & aggregetur vero illius gregi in loco herbido collocatus, & super aquas refectionis enutritus, & baculo crucis pastoraliter, & tutò deductus, in remissionem peccatorum, & in vitam æternam: quia ipsum decet omnis gloria, honor, & adoratio, & magnificentia, cum sempiterno eius Patre,

&

& sacrosancto bono & viuifico ipsius Spiritu, nunc & semper, & in omnia sæcula sæculorum, Amen.

Aliæ Orationes Ioannis Chrysostomi.

DEus æterne, qui genus humanum redemisti è captiuitate diaboli; libera & hunc famulum tuum ab omni vi immundorum spirituum: impera malignis & immundis spiritibus & dæmonibus, vt discedant ab anima & corpore famuli tui huius, nec hæreant aut occultentur in ipso: effugentur nomine tuo sancto & vnigeniti Filij tui & viuifici Spiritus tui, à figmento manuum tuarum; vt expiatus ab omnibus insidiis diabolicis, sanctè, iustè, & piè viuat, dignus habitus impollutis mysteriis vnigeniti Filij tui Dei nostri, cum quo benedictus & glorificatus es cum sanctissimo, bono, & viuifico Spiritu.

Alia eiusdem.

OMnipotens sempiterne Deus, qui increpasti immundos spiritus, & virtute Verbi tui expulisti legionem: illucesce & nunc per Vnigenitum tuum super opus tuum, quod ad imaginem tuam condidisti; & eripe illud graui seruitute oppressum ab aduersario: vt famulus hic tuus misericordiam consecutus, & expiatus, annumeretur sacro tuo ouili, & conseruetur animatum templum sancti tui Spiritus, & diuinarum & impollutarum sanctificationum gratia, miserationibus & clementia vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sacrosancto bono & viuifico tuo Spiritu.

## PAROCHORVM INSTRVCTIO pro denunciatione Festorum & Ieiuniorum.

*QVos festos dies, per totam prouinciam Mechliniensem, Parochi obseruare, populoq́ue denuntiare debeant, subiunctis declaratur decretis.*

:óc- 1. h. De is.

*Festa sunt ista, præter dies Dominicos, festum Natiuitatis Christi, Stephani Protomartyris, Ioannis Apostoli & Euangelistæ, sanctorum Innocentium, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Conuersionis Pauli, Purificationis Beatæ Mariæ, Cathedræ Petri, Matthiæ Apostoli, Annuntiationis B. Mariæ, Festum Paschæ cum Feria secunda & tertia sequente, Marci Euangelistæ, Philippi & Iacobi, Inuentionis sanctæ Crucis, Festum Ascensionis Domini, Festum Pentecostes cum Feria secunda & tertia sequentibus, Trinitatis, venerabilis Sacramenti, Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, SS. Petri & Pauli, Visitationis B. Mariæ, Magdalenæ, Iacobi, Laurentij, Assumptionis B. Mariæ, Bartholomæi, Natiuitatis B. Mariæ, Matthæi Apostoli, Michaëlis, Lucæ, Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, Martini, Catharinæ, Andreæ Apostoli, Nicolai, Conceptionis B. Mariæ, & S. Thomæ Apostoli.*

*In prædictis festis, & etiam aliis Patronorum Parochialium Ecclesiarum principalibus, Synodus Prouincialis interdicit omnibus suæ prouinciæ Christi fidelibus,*

libus,

*libus, opera manualia & sæcularia quæcumque, mercatum item & forum rerum venalium, atque iudicia lia exerceri. Si autem forum vel nundinæ incidant in aliquo ex celebrioribus festis, seruentur illæ vel ante vel post festum, prout Magistratus cuiusque loci iudicauerit maximè expedire.*

*Ordinans vlteriùs, quòd si festum S. Marci in die Pascha, vel infra Octauas euenerit, ferietur & celebretur Feria quarta post Dominicam Quasi modo, & teneatur ieiunium, saltem vsque ad meridiem, abstinendo ab esu carnium per totum diem; ac fiat Processio cum Litania maiore. Si autem aliqua alia Dominica euenerit, celebretur festum S. Marci ipsa Dominica, & ieiunium ac Processio cum Litania fiant Feria secunda sequenti, sed non ferietur Festum.* Synod. diœcef. Mech. tit. De Festis. c. 2.

*Festum Annuntiationis B. Mariæ si quando inter Dominicam Palmarum & Dominicam Quasi modo inciderit, Feria tertia post Dominicam Quasi modo, tam à populo quàm à Clero celebretur: & si aliud festum in hac Feria tertia inciderit, illud in Feriam quartam sequentem transferatur.* Synod. prou. Mech. tit. De Festis. c. 5.

*Si Festum Annuntiationis in aliquam Dominicam Quadragesimæ inciderit, celebretur Feria secunda proximè sequente, tam à Clero quàm à populo.* Ex moderationib. cōc prouincialis factis Louanij an. 157.

*Vigiliæ singulis annis per totam prouinciam Mechliniensem, ab vniuersis ætatem habentibus, nec legittimè excusatis, sub periculo peccati mortalis ieiunandæ, præ-* Synod. prou. Mech. tit. De Ieiuniis

*ter Quadragesimam & Quatuor anni tempora, sunt: Vigilia Pentecostes, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, beatorum Petri & Pauli Apostolorum, S. Laurentij martyris, Assumptionis B. Mariæ virginis, S. Matthæi Apostoli, SS. Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, S. Andreæ Apostoli, & Natiuitatis Domini. Quæ si diebus Dominicis aut Lunæ euenerint, Sabbatis præcedentibus ieiunentur.*

Conc. Aurel. ca. 12. & de Conf. dist. 3. c. Rogation.

*In diebus Rogationum abstinetur per totum diem à carnibus, & ieiunatur ad minus vsque ad prandium.*

FINIS.

ERRATA.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Pag.* | 120 | *lin.* | 2 | Requiescant *lege* Requiescat |
| | 195 | *lin.* | 11 | supra *lege* super |
| | 227 | *lin.* | 15 | *post* medecinam *adde* præstare |
| | 257 | *lin.* | 14 | recedeas. *lege* recedas. |

# INDEX MATERIARVM HVIVS PASTORALIS.

FINIS.

## APPROBATIO.

Hoc Paſtorale, à Profeſſoribus ſacræ Theologicæ facultatis Louanienſis, ex ſelectioribus aliarum Diœceſium Manualibus collectum, ipſorumque Profeſſorum, & aliorum præterea doctorum virorum iudicio diligenter recognitum atque probatum; in communem Parochorum præſertim Mechlinienſis diœceſis vſum, typis mandari curauimus. Actum Louanij die vigeſima-tertia Septembris 1588.

*Ioan. Hauchinus, Archiepiſcopus Mechlinienſis.*

*H. Cuyckius, Facultatis Theologicæ Louanienſis Decanus, & librorum Apoſtolicus & Regius Cenſor.*

## SVMMA PRIVILEGII.

REGIAE *Maieſtatis Priuilegio cautum eſt, ne quis citra voluntatem Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis,* Manuale Paſtorum *à Chriſtophoro Plantino, p. m. eiuſdem Moreti ſocero olim impreſſum, vllo modo recudat, aut alibi recuſum, in has ditiones ſuas importet, venaléve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & alia graui pœna multabitur. vti latiùs patet in litteris Datis Bruxellæ,* XVI. *Maij.* M. D. XCI.

Signat. *S. de Grimaldi.*

Et in Concilio Brab. *I. de Buſchere.*

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD IOANNEM MORETVM.

M. DC. VII.

